Liber datus per Magistrum Johannem de Rabenstein(?) a p collegio art
Collegio artistarum In quo continetur
Speculum vincencij

442

Speculum Vincentij

N. Inv. 442

Speculum vincencij p collegio(?)

Secundum Augustinum xix de civitate dei ordo est parium dissimiliumque sua cuique loca tribuens dispositio ex quibus libris collegi et alia quibus ordinata sunt et disposita facilius in locis suis inveniuntur et propter hoc ut convenientius facilius occurrat que in speculo hystoriali continentur sic ordinavimus ut prius alphabeti sui numerum librorum et capitulorum diligens intelligens lector requirit et sic est in toto libro sunt que et ad litteram a sive de adam sive de aliis pertineat sui ordine istius tabule ad litteram incipientes pa ... et sic de aliis litteris qui in alphabeto per ordinem continentur.

Adam formatur u l xxx
Adam distinguitur u l xxx
Adam peccavit u l xxx
Abel occiditur u l lvi
Abidos insula describitur u l lxxx
Abraham nascitur u l c
Achaia regio describitur u l lxxiii
Accius poeta claret vi lxxx
Affrica regio describitur u l lxxvi
Albania regio describitur u l lxix
Alexander macedo ... v l iii
Alexandri ... v l xii
Alexander regnat v l xvii
Alexander venatur v l lxiii
Alcipiades ... claret iiii l lxi
Anaximander philosophus claret iii l xxx
Anaximenes orator claret v l xxxix
Angelorum ... u l ix
Anime ... u l xxxiii
Antiochus epiphanes ...
Antigonus macedo regnat vi l xxvi
Antistenes ... claret iiii l lxix
Anuli usus inventus u l xvi
Annuatio ... vi l lxxvi
Apis colitur u l c xxvi
Apolonium ... gesta ... libri
Apuleius platonicus claret v l vi
Apulia regio describitur u l lxxiii
Arabia regio describitur u l lxvi
Arbor dimensis u l xiii
Archaia regio describitur u l lxxiii
Archilogus poeta claret iii l cv
Archimedes ... claret
Archita tharentinus iii l lxxx
Armorum ... u l tix
Anonemus ...
Aristobolus regnat in iudea vi l xc
Aristotiles claret iiii l lxxxiii
Armenia regio describitur u l lxix
Arsinius ... v l xvii
Artaxerxes memno regnat iiii l xiii
Artaxerxes ochus regnat iiii l xii
Archesilas philosophus claret vi l xxiii
Articuli fidei distinguntur u l xlix
Ascensio domini ... l lxiii
Asia maior describitur u l lxiii
Asia minor describitur u l lxix
Asseneth ... u l xxiii
Assiria regio describitur u l lxv
Assiriorum regnum oritur u l xcviii
Attributa divina distinguntur u l iii
Atheniensium regnum oritur iiii l lxiii
Augustus cesar imperat vi l xliii
Aurum ... distinguitur u l lxxvii

Babilonia regio describitur u l lxv
Bactria regio describitur u l lxiii
Baleares insule describitur u l xxiii
Balthasar rex occiditur iiii l xii
Bestiarum ... u l xxvii
Bias ... claret iiii l lxxx
Boecia regio describitur u l lxxx
Bones ... iiii l lxi
Bragmanorum mores v l lxvi
Britannia insula describitur u l lxxiii

Caym ... iiii l ...
Capadocia regio describitur u l lxix
Captivitas x tribuum iii l lxix
Captivitas ... in babilone ...
Carpathos insula describitur u l lxxxi
Catho stoicus claret vi l cvi
Catos insula describitur u l lxxx
Cena domini iiii l liii
Cicades insule describitur u l lxxxi
Ciprus insula describitur u l lxxx
Cirus ... regnat iiii l c
Cithereia insula describitur u l lxxx
Comagena regio describitur u l lxvi
Corinthiorum regnum oritur iiii l lix
Corsica insula describitur u l lxxxiii
Crates ... claret vi l xxv
Creatio mundi ... u l xvi
Creta insula describitur u l lxxx
Cretensium regnum oritur iii l liii
Cicle insule describitur u l lxxx
Crisippus stoicus claret vi l xxvi

Dalmatia regio describitur u l lxxiii
Damon ... pitagoricus iii l xxvi
Daniel ... iiii l cci
Darius regnat iii l xii

Darius filius ydaspis regnat iiij l xxxvi
Darius nothus artaxersi regnat iiij l lix
Darius filius artaxersi regnat v l xxii
Dauid regnat ij l lxxi
Delos insula describitur ij l lxxxi
Democrides phus claruit v l xxix
Demetrius phus claret iiij l xci
Diaconi qui eliguntur viij l lxix
Diluuium inundat ii l ix
Diodorus socraticus claruit iiij l xxxvi
Diogenes cinicus claruit iiij l xxxiii
Diogenes babilonius claruit vi l cx
Diomedes et socii eius daneis quomodo ... ii l
Dionisius tirrannidem exercet iiij l lxxij
Diuisio totius libri huius i l xiii lxxiij
Doctores auctentici i l xij
Dona sponsa distinguntur ii l lij
Duello triumpha v nonali etate vi l xxxiij
Ebosus insula describitur ij l lxxxiij
Egiptus regio describitur ij l lxxiii
Egiptiorum regnum oritur ij l xcvi
Egipti x plage iij l v
Egiptii in man subdiguntur ii l vii
Elementorum operationes ii l xvi
Eolie insule describuntur ii l lxxxii
Empedocles phus claret v l xi
Epirus regio describitur ii l lxxii
Eratostenes socraticus claruit iiij l xcii
Erpendum insule describuntur ii l lxxxi
Ethion insula describitur ii l lxxxi
Ethiopia regio describitur ii l lxxxvi
Ewanglica hystoria describitur ij l
Euripides poeta claruit iiij l xl
Europa regio describitur ij l lxxi
Fabius gentem consulatu romani vi l viii
Fabulis ars inuenitur ii l liii
Falaris exercet tirannidem iiij l cvi
Fonteis patres instituuntur ii l c
Fortunate insule describuntur ij l lxxix
Fricorum gens oritur iiij l lxvi
Frigia regio describitur ii l lx
Gaddis insula describitur ij l lxxxiij
Galana regio describitur ij l lxx
Galilea regio describitur ii l lxxvi
Galli uastant roma vi l xx
Gaius imperat viij l cxxix
Gemorum communitas ii l xvi
Germania regio describitur ii l xvi
Gorgias rethor poeta claruit iiij l liiii
Gorgones insule describuntur ii l lxxij
Giges regnum litor adipiscitur iiij l cv
Hanibalis bella oriuntur vi l xl
Hanibal moritur vij l lix

Hebrei ab egiptiis liberantur iij l cii
Heraton stoicus claruit vi l cvi
Heli iudicat israel iij l lxxiii
Heraclius phus claruit iiij l xxxij
Herasistratus medicus claruit vi l xxxiiij
Herbarum diuersitas ii l xxij
Herodes ascalonita regnat in iudea vij l li
Herodes agrippa regnat viij l cxxxiij
Herodes antipas iohannem decapitat viij l cxxx
Heschilus tragedus claruit iiij l xxxiij
Hesopi fabule recitantur iiij l ij
Hibernia regio describitur ij l lxxx
Hircania regio describitur ii l lxxiii
Hispania regio describitur ij l lxxv
Histria regio describitur ij l lxxiii
Homerus poeta claruit iij l lxxxvij
Homo distinguitur ab aliis ij l xxx
Humanum corpus membris distinguitur ii l xxxij
Iacob nascitur ii l cxvi
Iacob pugnat ii l cx
Iacob reuertitur in terram suam ii l cxvi
Iacob primogenita ij l cix
Iacob descendit in egiptum ii l cxxiii
Ieroboam peccare fecit israel iij l xxxv
India regio describitur ii l lxiiij
Iohannes capitur viij l lxxv
Iohannes nascitur vij l lxxxvi
Iohannes predicat et baptizat viij l vii
Iohannes decollatur vij xxxij
Ioseph uenditur ii l cxvij
Ioseph explicat egiptiis ii cxvij
Iosue regit israel iij l lv
India regio describitur ii l lxvij
Iudeorum regnum oritur iij l lxx
Iudeorum regnum incipit iij l cxv
Iudeorum reges ad alienigenas transferuntur vii l li
Iudith hystoria conscribitur iiij l v
Iulius cesar pompeium fugat ... vi l ultimo
Iulii cesaris bella vij l li
Iulii cesaris singulare imperium vij l xxxvij
Iulius cesar moritur vij l xiij
Kadatas messin bella oriuntur iiij l lxx
Kartaginenses triumphat de regulo vi l
Kartago subuertitur vi l lxxxiij
Lacedemoniorum regnum oritur iij l lxx
Lacedemonii recipiunt leges iiij l xc
Lamsitium inueniuntur ij l
Latinorum regnum oritur iij l lxvi
Leges primo dantur grecie ij l cx
Leges dantur romanis iiij l liij
Leges xij tabularum transferuntur iiij l lxv

Lex moysi dat. iii l. viii
Libia regio describ. ii l. lxxvi
Libri apocrifi nnant. i l. xiii
Libri atenticii conprim. i l. xiii
Lidia regio describ. ii l. lxv
Liddorum regum ori. iii l. xcvi
Ligurgus dat leges iii l. xc
Lingue dividunt ii l. lxii
Lutia regio describ. ii l. lxx
Longinus mil. pati. viii l. xlii
Macedonum reg. ori. iii l. xciii
Macedonum reg. destruu. vi l. lxvi
Machabeorum hystoria incipit vi l. lxvi
Marcus tullius claz vi l. ix
Martusnario claz vii l. lxii
Maria concipitur vi l. lxxiiii
Maria nubit yoseph viii l. lxxii
Maria mori. viii l. lxxv
Marie miracula viii l. lxxxi
Marsilia conditor iii l. cxi
Mauritania regio describ. ii l. lxxviii
Media regio describ. ii l. lxv
Medorum reg. orit. iii l. xcii
Mel primum colligi. iii l. liii
Menander poeta claz vi l. vi
Membra hominis distigunt. ii l. xxxii
Marie nativitatis solleptas revela. viii l. cxix
Mensura granum invenit. ii l. cvi
Mercurius triimegistus claz v l. x
Mesia regio describ. ii l. lxxi
Mesa pontanna regio describ. ii l. lxv
Metalla distiguit. ii l. xvi
Milites sibi eligunt. iii l. ciii
Milo crotoniates claz iii l. cxii
Moyses nasci. iii l. i
Moises mori. iii l. vi
Monstrorum varietas conprim. ii l. lxxxvi
Mori bonorum quietas pom. ii l. ||
Mulier forma. ii l. xli || lxxxvi
Nabathea regio describ. ii l. lxviii
Nativitas domini conprim. vi l. lxxxiii
Nectenabi initiat v l. li
Nectenabi initiatus v l. xi
Neemias edificat altare iii l. xlvi
Nicholaitarum heresis nasci. viii l. lxxiii
Nomes dume describ. ii l. iii
Noe nasci. ii l. lxiiii
Numa pompilius regit iii l. ciii
Numidia regio describ.
Octovianus imperat vii l. xliii
Oracius poeta claz vii l. lxxvii
Orcades insule describ. ii l. lxxviii
Ovidius naso claz vi l. cvi
Palestina regio describ. ii l. lxxi
Pamphilia describ. ii l. lxx
Panecius phs claz vi l. xlix
Parmonia regio describ. ii l. lxxiii
Papirius consul claz vi l. vi
Parthia regio describ. ii l. lxv
Passio christi incipit viii l. xxxvii
Palme ludibrium conprim. viii l. iii
Paulus convertitur viii l. lxxiiii
Paulus visitat petrum viii l. cxxii
Peccatum primorum parentum pom. ii l. xlii
Pecca distiguit. ii l. xlviii
Penne pedes distigunt ii l. xlviii
Pentapolis regio ii l. lxvii
Pesto dina conprim. ii l. i
Pericles atheniensibus principa. iii l. xlii
Permenides phs claz iii l. xliii
Persida regio describ. ii l. xlv
Pharus mirabil construi. vi l. xiiii
Philemo poeta claz vi l. v
Philippus macedo mori. v l. xviii
Philo clarus hebreus viii l. cxxxi
Phoroneus dat leges ii l. cx
Pictagoras phus claz iii l. xxiii
Pilatus iude presid. viii l. v
Pilatus in exilio mori. viii l. cxxiii
Pindarus poeta claz iii l. xl
Piscium diversitas distiguit. ii l. xxvi
Pisistratus tyrannide obtinet iii l. xviii
Pittacus militeus claz iii l. cxx
Primogenitus noster consistebat in pxx. ii l. || cix
Plagete distigun. ii l. xxxv
Plautus poete claz vi l. lv
Plato nasci. iii l. lx
Plato claret iiii l. lxxiiii
Plato moritur vi l. vi
Platonius platonicus claz v l. viii
Polemo phus conv. vi l. xi
Pompeius mitti. in iudea vi l. xxv
Pompeius occidi. vii l. xxxv
Porticae ale distigun ii l. xxxxii
Predicatio christi incipit viii l. xii
Pitagoras sophista claz iii l. lv
Ptholomeus soter regnat vi l. i
Ptholomeus philadelphus reg. vi l. xv
Ptholomeus euergetes reg. vi l. xxxix
Ptholomeus philopator reg. vi l. xli
Ptholomeus philometor reg. vi l. lxi
Ptholomeus epiphanes reg. vi l. liiii
Ptholomeus evergetes secundus reg. vi l. lxxvi
Ptholomeus phisto reg. vi l. xxxix
Regnum romuli oritur iii l. xcvi
Resurrectio christi describitur viii l. iiii

## Continentia et capitula primi libri

Primus autem liber partis huius iste videlicet qui inter ceteros primatum tenet totius huius voluminis index erit et tabula quedam continens in se seriem omnium librorum sequentium materiam ordine breviter distinguit, ut in tanta rerum multitudine de quibus in toto opere agitur legenti facile pateat, quoto libro quove capitulo cuiusque libri quod querit inveniat, ne forte casso labore singulas revolvendo paginas in cassum vagari incipiat. Hic igitur liber iste primus continet capitula .xxi.



I

Quoniam multitudo librorum et temporis brevitas memorie quoque labilitas non patiuntur cuncta que scripta sunt pariter animo comprehendi, mihi omnium fratrum minimo plurimorum libros assidue ex longo tempore revolventi ac studiose legenti visum est tandem accedente etiam maiorum meorum consilio quosdam flores pro modulo ingenii mei electos ex omnibus fere quos legere potui sive nostrorum scilicet catholicorum doctorum sive gentilium scilicet philosophorum et poetarum et ex utrisque hystoricorum in unum corpus voluminis
2 quodam compendio et ordine summatim
2 redigere complacuit. Dumtaxat precipue que pertinere videntur vel ad fidei nostre dignitatis assertionem vel ad morum instructionem sive excitandam caritatis devotionem aut divinarum scripturarum mysti-
2 cam expositionem vel etiam ad ipsius veritatis manifestationem declarationem aut symbolicam vel studio modo quodam modum quedam imponens curiositati mee ceterorumque non nullorum forsitan mei similium quorum studium laborem
2 ex pluribus libros legere eorumque flores excerpere per hoc unum grande opus ut eum quia satisfacere et laboris mei fructum posse libens non negarem. Cognoscebam siquidem studiosi plures libros multos esse sunt et curiosi lectoris non sufficere, cuius visu nec auditu impleretur. Ad id opus quoque provocant me plurimum falsitas vel ambi-
2 guitas quatenus in quibus auctoritates eorum adeo plerumque mendaciter a scriptoribus vel notariis intitulabantur ut scribebantur ut quasi sua cuiusque auctoris esse omnino nesciretur. Dum ubi gratia quod Augustini vel Ieronimi vel Crisostomi erat ascribebatur Ambrosio vel Gregorio aut Ysidoro vel eorum aut aliorum aliqua parte decerpta

Ia ca — De causa suscepti operis et eius materia.

vel addita vel mutata sensus auctoris corrumpebant. Sic et de dictis philosophorum et poetarum.
Sic et de narrationibus hystoricorum fiebat dum unius nomine pro alio ponebatur vel
duorum vitas simul continebat. / Item alia causa .ii. / Non tantummodo secularium
Videbam insuper iuxta Danielem prophetam temporibus istis librorum verum etiam divinarum
scripturarum ubique multiplicata esse scientiam, unde et quosdam fratres nostros assidue
sacrorum librorum hystoriis ac misticis expositionibus insistere et obscurioribus quibusdam
enodandis insistere. vel hec autem hystorias ecclesiasticas quarum lacte pascebatur anti-
quorum simplicitas quodammodo viluisse et neglectui incidisse. cum tamen non solum
utique voluntatis ac recreationis plurimum verum etiam edificationis plurimum in se contineat
eo quod primum quidem ecclesie nascentis infantiam in apostolis describant quos ope dei
tamquam filios et tamquam gallina pullos sub alas suas deliciis educavit et
fovit. Deinde non eandem sponsam Christi sui virtute indutam et quasi iam in robustiorem
etatem provectam non solum in ipsis apostolis sed etiam in aliis martiribus eorum sequacibus
per xii persecutionum tempora tribulationibus exposuit eiusque patientiam in illis probavit.
Post hec autem undique per totum orbem ipsorum consummata victoria iamque pace per Constantinum
ecclesie reddita pullulantibus ubique diversis heresibus, scilicet Ariana, Donatiana, Pelagiana
et ceteris, fidei ad certamina bella ipsam etiam provocantibus, ut quam gladiis non
vincerat illorum fallacia subverteret, ipsos inde hereticos per doctores suos catholicos
videlicet Athanasium, Hylarium, Basilium, Ambrosium, Ieronimum ac ceteros dubiis ac scripturis
confutat. Removit eiusque scientiam acsi iam perfecte etatis more exornavit et illumi-
navit. Deinque post hos triumphos scientia quasi emerita in pace quievit dum in
sanctis confessoribus anachoretis et monachis in Egipto et Syria ceterisque partibus orbis
philosophantibus ad celestem contemplativam vitam ascendit, similiter conversationem
ducens angelicam infinita bene vivendi nobis exempla reliquit. Hec et talia multa
in illis hystoriis utilia simul ac delectabilia cernens, plurimosque fratrum eiusque huiusce
modi rerum ignaros esse considerans ipsos etiam sicut et cetera de multis auctoribus dili-
genter excerpendo collegi atque ad certum ordinem temporum cuncta redegi. / Quomodo
agendi. titulo libri iii. / Licite ac studiose inquirenti quo non modo vel ordine
Quoniam autem apud me sola tota in unum corpus aptius compingerem cernens quod
si diversorum summas ad eandem materiam pertinentes ut sepe solet per singulos titulos
annotarem ubi gratia subiuncto titulo summas capitula declaraverunt sub aliis capitulis et sic
diversis auctoribus et modis sigillatim tractando procedens totam utique rerum materiam
quam nichilominus dispositam diligenter disposui in uno absque opere concluderem. Necnon
et ordine hystorie totius non parvum utilitatis vel pulcritudinis habent cum omnino confunderem
vel evitem: considerans omnibus competentiorem procedendi modum nullatenus reperi
quam istum quem pre ceteris elegi videlicet ut in ipso ordine sacre scripture. Primo de crea-
tore, postea de creaturis, postea quoque de lapsu et reparatione hominis. Deinde vero
de rebus gestis iuxta seriem temporum suorum ordinate disserem. In fine vero totius
operis singulas eius particulas ad idem pertinentes per singulas materias quibusdam
titulis et notulis concordarem. Denique quia ut superius dictum est de diversis auctoribus
hoc opus contextum est, ut sciatur quid cuius sit singulorum dicta eorum nomina annota-
vi: ac ne facile transponerentur de locis propriis nequaquam in margine sicut fit in
psalterio glosato et epistolis Pauli vel in similibus sed inter lineas ipsas sicut fecit Gratianus
in compilatione canonum ea inserui. Interdum etiam ea que ipse vel a maioribus meis
scilicet modernis doctoribus didici vel in quorundam scriptis notabilia repperi nomine meo
id est auctoris intitulavi. Illud autem lectorem non lateat non nulla in hoc opere maxime
que de gestis sanctorum martirum et confessorum non ita penitus abbreviata esse ut non
lui. Nimirum aliquibus studiis [illegible] [illegible] occupatus et interitus
non summa manum propria sed plurimorum quamvis notariorum abbreviavi ut po-
tui veritatis hoc quoque nichilominus attendatur quod nimis abreviata narratio le-
gentium vel audientium minus sapiat ut autem huius operis partes singule lectori
facilius elucescant: ipsum totum opus per libros et capitula distinguere volui quod
Speculum maius appellari decrevi, speculum quidem eo quod quicquid fere speculatione
id est admiratione vel imitatione dignum est in operibus que in mundo visibili vel invisibili

ab inicio usque ad finem facta vel dicta sunt sive etiam adhuc futura sunt ex omnibus quas in multis
libris fere librorum colligere potui in hoc uno breviter continentur. Quamvis autem ad instar
preambuli libelli iamdudum editi cuius titulus est speculum vel ymago mundi in quo
scilicet de mundi sensibilis dispositione et ornatu paucis libris describitur. De utilitate
operis et apologia actoris iii. Plerosque longitudinem voluminis huiusmodi tedio ac labore
Itaque cum hoc agerem non ignorans prolixum fore nimium abhorrere sciens tamen utilitatem
nolui penitus ab opere cepto desistere donec illud iuvante deo ad finem perducerem.
Certus sum enim et confido in domino hoc ipsum opus non solum michi sed et omni studioso
lectori et legenti non parvam utilitatem afferre non solum ad deum per se ac per creaturas vi-
sibiles et invisibiles et invisibiles cognoscendum ac per hoc diligendum et cor suum
in devotione caritatis multorum sanctorum igniculis sinis et exemplis excitandum et accendendum
verum etiam ad predicandum, ad legendum, ad disputandum, ad solvendum. Necnon ad unumquodque
fere materie genus artis cuiuslibet explicandum. Porro nequis in hoc opere vel
de novitate vel de nimia prolixitate me estimet arguendum, cum hoc ipsum opus
novum quidem et simul et antiquum breve quoque simul et prolixum, antiquum certe
materia et auctoritate, novum vero compilatione et partium aggregatione, breve quoque propter
multorum dictorum in brevem conscriptionem, longum non immerito propter immensam materie
multitudinem. Denique si pauculos exceptis innumeris particularibus voluminibus ex quorum
flosculis hoc ipsum universale contextum a predicto exparem et sibi faciem quorum magni-
tudo forsitan huic toti operi vel maiori parti per comparationem videri posset: ubi gratia
exemplis Aristotilem de animalibus, Avicennam de medicina, Plinium de hystoria naturali
vel antiquitatis Iosephum, Ieronimum aut Augustinum de civitate dei vel super psalterium vel super Iohan-
nem, moralia quoque beati Gregorii vel aliquod huiusmodi nullus esset fortasse qui argueret
neque moveret. Et tamen certum hoc omnia ne dicam tertiam vel quartam immo nec
saltem decimam aut vicesimam partem eorum que hoc opere continentur. utilium inspicere
possidere aut tenere. Nam et omnis ecce libri quos etiam sancti doctores olim
in exponendis scripturis aut in repellendis hereticis sive quibuslibet aliis exigen-
tibus causis utiliter ediderunt dum quisque aliquando legitur plerumque inve-
nitur ubi aut iii vel iv vel v capitulis vix tantum sua notabilia apprehendit in publico ser-
mone sive etiam in lectione vel disputatione recipitur. Multo minus ergo vix aliquem
deus videtur quia multorum librorum florum quendam atque medullam in unum volu-
men compegi totumque sub certis titulis ordine congruo redegi. Non autem hec dico
scriptorum veterum vel etiam ceterorum actorum veterum scriptis presumptuose derogando immo
lactantem et inanem excollendo presertim cum hoc ipsum opus utique meum simpliciter
non sit. Sed illorum potius ex quorum dictis fere totum illud contexui. Nam ex
meo pauca vel quasi nulla addidi. Ipsorum igitur est auctoritate meum autem sola partium
ordinatione. Nec ignoro me non omnia que scripta sunt in hoc inserere legere vel po-
tuisse. Nec me profiteor etiam omnia que legere potui cunctaque ibi notabilia sunt
excerpsisse aliquod volumen in immensum oporteret extendi. Sed de bonis ut
arbitror meliora vel certe de melioribus non nulla collegi. Quod de regimine et bellis hoc opus
Ut autem utilitatem operis plenius innotescam: tacitis de virtutibus et sanctorum miraculis
continetur
nimirum et partim et huiusmodi certis que ad edificationem morum ac fidei evidenciam
pertinet et quorum utilitates per se patet etiam eaque inmore huic utilitate immo quodque super-
flua penitus esse videntur ut sunt ea que de regibus et bellis ac ceteris huiusmodi enarrantur
attentius considerandi utilia satis esse probantur. Nam et historie non solum gentilium sed
etiam ecclesiastice et eiusdem conscriptio secundum imperatorum et regum tempora describunt. Interdum sepe
etiam in incarnationis dominice hystoria texit in ipso evangelii sui principio de Herode re-
ge et post pauca de Augusto cesare mentionem facit ut illa que minime nota erant
hominibus, ab hiis que pene apud omnes fama celebri ferebantur et confirmarentur.
Ille res geste ut dicit Hugo Floriacensis que nulla regum ac temporum certitudi-
ne commendantur non pro hystoria recipiuntur. Sed inter aniles fabulas deputa-
tur. Valet ergo in hoc opere successione temporum et annorum et regum et imperatorum
necnon romanorum pontificum annotatio brevis non solum ad plenius hystorie veram

etiam ad cuiuslibet alterius nomine vel pape vel regis sub quo gesta sic scriptis con
signatam et elucidatam ut si quis dubitetur de tempore huius ad cathologum regum illius
terre in qua res illa gesta asseritur recurri possit ibique reperiat quo temporis articulo
rex ille regnaverit atque hoc etiam quo tempore res illa gesta sit temporibus et de annorum
omnino multa que inter nos hystorias et dissonantia multa rerum precise ac perfectius
adhibendum magisque omnino canonicorum. Sed ad hoc tantum valet ut sciatur non quo
anno, sed quo tempore vel sub quo imperatore queque res annotata acciderit
Ceterum collibus famosis usque quaque per orbem orientis diversa regna conquisitis antequam
veniret rex in pretiosis qui totum et pacem impleverit, licet adiuncte
posset quanto fervore pugnandum sit nobis contra spirituales hostes pro salute nostra spirituali
et eterna gloria nobis promissa, cum illi quidem licet pote infideles huius salutis
ac glorie ignari ac penitus expertes tam acriter dimicaverint pro salute temporali
tantum et gloria momentanea vel acquirenda vel tuenda. Hortetur quoque homines
incipientes perfectis in immutabili operatione, licet adiutus senilitatem dei exemplos quos
in illa tamen immutabiles inlitudines insingulis fere bellis pro nomine hostium
antire simul et in anima in corpore passim pro re permisit. Fecerunt hos boni certamine eiusdem
re agnoscitur ab hostibus et forma servi susceptam me mortalitatis carnis
induitus ut quod infirmum est dei fortius est hominibus in campum certamine huius
mundi potestates contrarias debellaturus advenit et ut eos abutrumque morte inferior
dit liberavit usque adeo ipsius sanguinis effusionem intulit prolixam et copiosam insuper
et usque ad mortem ignominiosissimam tam fortiter agonizavit et vicit. Apologia

De natura rerum et hystoria temporum. VI.

Porro ipsam rerum naturam quam diligentius ut potui descripsi nullus ut estimo
superfluam vel inutilem reputabit
qui in ipso creaturarum libro nobis ad legendum proposito creatoris gubernatoris et
conservatoris omnium dei potentiam sapientiam bonitatem ipsa veritate ratione illuminante legere
consuevit. Nam ut ait ille magnus Basilius ab hiis qui veritatem intelligentes
ex visibilibus invisibilia reputat intra et maria et magnis et modicis et in
omnibus que cernuntur. Creatoris monimenta certissima capiunt. Utique deus sensibus
corporum ingenti adherentes nec per totum tempus datur nec multo locus suggerendi gratia
relinquitur. Accedit ad hoc ut utilitas alia predicatoribus et doctoribus tractatoribusque
scripturarum sacrarum expositoribus minime contempnanda ut non dicat Augustinus Rerum igno-
rancia facit obscuras figuratas locutiones cum scilicet ignoramus vel animantium
vel lapidum vel herbarum naturas aliarumve rerum que plerumque ponuntur in scrip-
turis alicuius similitudinis gratia. Numerorum quoque imperitia multa facit ineis non
intelligi inscripture posita. Iam vero quanta est pulchritudo et in forma huius mundi
et qua gratia rebus aspectum diligenter considerantium non solum modos et nu-
meros et ordines rerum quibus principales mundi partes decentissime et ordinatissime
collocantur verum etiam volumina temporum que per decessiones atque successiones
earum ingenter explicantur. et morte nascentium distinguuntur. Ego quidem ut tacerem
cetera licet peccator indignus animus in mirum mens adhuc in fecibus carnis sue iacet
a terrenis sordibus absoluta quadam tamen spirituali suavitate in mundi creatoris
ac rectorem afficior ipsumque maiori veneratione ac reverentia prosequor cum ipsius
creature magnitudinem simul et pulchritudinem et permanentiam intueor. Ipsa nam-
que mens plerumque paulatim a pressuris cogitationum et affectionum fecibus se eriges
et in speculationis ut potest assurgens a de quodam eminenti loco totius mun-
di magnitudinem uno ictu considerat. Infinita loca diversis creaturis quibus
repleta intra se continetur. Cum quoque totius mundi videlicet apertius usque

uno quodam aspectu intellectus conspicit ubique tempora omnia diversis quodammodo
successiones rerumque mutationes continentia que sub quadam linea comprehendit
et inde saltem intuitu fidei ad cogitandum ut cuius creatoris opificis magnitudinem
pulcritudinem atque eternitatem ascendit. Ipse namque mundus spaciositate locorum magni-
tatem quomodo suo creatoris immensitatem varietate specierum opificis pulcritudinem
prolixitatem quoque temporum eius eternitatem. Hoc autem opus temporalis pulcritudinis que rerum
tam situ ac successu peragitur historica narratione comprehenditur qui ab initio mun-
di usque ad finem in ultima parte operis plenissime describitur. Apologia de varietate scientiarum. vii.

Siquis autem presumptionis me velit arguere quod ego non doctus in omni facul-
tate vel arte. Sed ne nimia quidem satis eruditus ausus sim etiam
huic operi divisiones omnium scientiarum et artium materias quoque ordinem singularum
diligenter inserere audiat utique me non per modum doctoris vel dictatoris. Sed
per modum excerptoris ubique processisse nec etiam difficultates quaslibet earum enu-
cleandas opus meum instituisse. Sed levia quedam et plana de singulis
memorieque utilia sub brevitate quadam inter cetera posuisse. In quibus etsi for-
sitan aliqua sint que non multum expediat scire quia tamen ipsa hec turpe
est ignorare. Et quia succedentibus aliis facile de memoria elabuntur. in quam
visum est etiam horum memoriale quoddam compendiosum inter cetera que hoc opere con-
tinentur ordine congruo ponere atque hoc loco et tempore oportuno studiosus lector
animo valeat revocare. Adhuc autem in utroque studiis connotatas sunt
ysidori videlicet yspalensis et hugonis atque ricardi parisiensis. Quorum primus
in libro ethimologiarum multa de quibus agitur et de omnia quasi scientia pauca breviter
tangit. Secundus in libro didascalicon scientiam vero dividit ac subdividit singularum
quam materiam breviter describit. Et tertius in libro qui dicitur excepcionum idem facit verum-
tamen omnes hii de singulis transeundo brevissime tangunt ac dicta eorum ad libros
philosophorum diverti qui de hiis omnibus latius ac diffusius agunt. Inde que pauca
vocabulis breviter excerpsi que preterea catholicorum doctorum dictis ut potui competenter
adieci. Accedit ad hoc quod omnes artes divine scientie tamquam regine famulantur
et ille que liberales vocantur plerumque in assertione ecclesiastici dogmatis assu-
mantur. Sic beatus petrus apostolus in epistola quadam itinerarii clementis ad iacobum sic
loquitur. Cum inquit acceperimus scripture integram que ex ipsa regulam veritatis suscepit
absurdum non erit si aliquid etiam ex eruditione ac liberalibus studiis que forte in
pueritia attigit ad assertionem veri dogmatis conferat ita tamen ut ubi vera didicit
falsa et simulata declinet. Apologia de dictis philosophorum ac poetarum. viii.

Nec vero quisquam redarguendum me putet eo quod multa de gentilium philosopho-
rum et poetarum libris non nulla etiam de quibusdam apocrifis in hoc opere posue-
rim. Alioquin et apostolos redarguere poterit qui quandoque quedam non nulla in epistolis sibi
testimonia usurparunt. Nam ubi gratia Paulus in epistola ad corinthios menandri
comici senarium posuit dicens. Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Item
ad titum scribens epymenidis poete versiculum induxit dicens. Cretenses semper mendaces
male bestie ventres pigri. Item et apud athenienses in marsicuria disputans arati poete
testimonio utitur dicendo dicens. Ipsius enim et genus sumus. Hinc Iheronimus contra
huiusmodi calumpniatori suo videlicet magno oratori romano per epistolam scripsit. Quod autem
queris ait cur in opusculis meis secularium litterarum interdum exempla ponamus
candoremque ecclesie ethnicorum sordibus polluamus. Responsum breviter habeto. Nunquam hoc
quereres nisi te totum possideret tullius si scripturas sanctas legeres: ut earum interpretes omisso
vulcacio evolveres. Nam et in moyse et in prophetarum voluminibus et epistolis pauli
quedam de libris gentilium assumpta sunt. In deuteronomio quoque domini voce precipi
mulieris captive radendum caput et supercilia omnes pilos et ungues corporis
amputandos et sic eam hebream duci iubeo. Quid ergo mirum si ego et sapientiam

sectarum propter eloquii venustatem et membrorum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israelitam facere cupio et si quid in ea mortiferum est ydolatrie vel voluptatis erroris libidinum vel precidendo vel radendo quo mixtos ei purissimo corpori et vernaculos domino sabaoth filios ex ea generem hic scribens. Et ego quidem non ignoro philosophos inter se multa dixisse contraria maxime de rerum natura. Verbi gratia. Venena quidem naturaliter calida esse posuerunt ut Aristoteles et Avicenna, quidam autem naturaliter gelida ut Seneca. Venena quoque serpentium quidam frigida esse dicunt ut Ysidorus, quidam vero calida ut Avicenna. Et quoniam in istis et in aliis huiusmodi pro utrilibet contradictionis absque periculo fidei mee potest credi vel discredi lectorem admoneo ne forsan abhorreat si qua huiusmodi contrarietates sub diversorum actorum nominibus in plerisque locis huius operis insertas invenerit presertim cum ego iam professus sim in hoc opere me non tractatoris sed excerptoris more gerere ideoque non magno opere laborasse dicta philosophorum ad concordiam redigere. Sed tantum quid de unaquaque re quilibet eorum senserit aut scripserit recitare lectoris relinquendo arbitrio cui sententie potius debeat adherere. Verumtamen non plerumque etiam medici in medicinarum simplicium complexionibus et qualitatum gradibus dissentire videntur. Sciendum est quod secundum diversitatem regionum etiam complexiones hominum et animalium ceterorumque rerum nascentium variantur ita ut aliquando eiusdem generis res alicubi sit antidotum et alibi venenum. Verbi gratia papaver agreste in medicorum libris venenum esse describitur quod tamen apud nos communiter in cibum assumitur. Sic etiam extremitas caude cum Avicenna etiam inter venena reputetur quod in regionis nostre militibus constanter negatur.

Apologia de apocrifis etc. — De gentilium libris idem etiam dici potest et de apocrifis.

Quod autem supra dictum est. Licet enim non recipiantur apud Christi ecclesiam in auctoritate habenda, constat tamen ut dictum est quedam ab apostolis in novo testamento testimonia usurpantur. Verbi gratia. De magis pharaonis loquens Paulus ad Thymotheum ita scribit. Quemadmodum Jannes et Mambres restiterunt Moysi et ita et hii heretici resistunt veritati. Que utique magorum nomina non invenit apostolus in divinis libris sed in apocrifis ut dicit ibi glossa. Judas quoque in canonica sua de malis hominibus loquens ita scribit: prophetavit autem de hiis septimus ab Adam Enoch etc. Et tamen certum est librum Enoch inter apocrifa computari. Nec hoc dico quia velim apocrifis quod nimis presumptionis esset auctoritatem dare. Sed quia non habeant veritatis certitudinem. Quedam enim reputantur apocrifa quia veritati liquido adversantur ut sunt libri hereticorum. Quedam vero quia actores eorum ignorantur de veritate dubitatur ut est liber de ortu et infancia beate virginis quem etiam Jeronimus ad petitionem Heliodori episcopi scripsit continens ipsam narrationem de Joachim et Anna et de ortu virginis se quondam adhuc adolescentulum in quodam libello legisse meminit. Hec ipsa tamen que scribit nec vera nec falsa esse asserit. Sed tantummodo sive vera sive ficta sint ea salva fide ac sine periculo anime et credi et legi posse ab hiis qui credunt deum hec omnia facere potuisse. Sic et ego pauca illa de apocrifis huic operi inserui non vera vel ficta esse asserendo. Et tamen eadem legi simpliciter recitando que salva fide possunt et credi et legi. Neque enim aliquo [illegible] liber apocrifus sive et poetica vel poetria loquendi sunt inserui in hoc [illegible] studendo quod dicit apostolus: Omnia probate quod bonum est tenete. Unde et Jeronimus contra Vigilancium ita loquitur: Operis inquit ac studii mei est multos legere ut ex pluribus diversos carpam flores non tam omnia probaturus quam que bona sunt electurus.

Apologia de modo excerpendi in quibusdam libris aristotelis etc.

Id autem in hoc opere vereor quorundam legentium animos refragari quod non illos aristotelis flosculos precipue qui ex libris eiusdem philosophi ac methaphisice quos nequaquam ego ipse excerpseram sed a quibusdam fratribus excerpta susceperam non eodem penitus verborum serie quo in originalibus suis iacet. Sed ordine plerumque transposito non iniqua et immutata paululum

a porcionum librorum forma manente tamen actorum sententia prout ipsa vel prolixitatis abbreviande vel multitudinis in unum colligende vel etiam obscuritatis explanande necessitas exigebat per diversa capitula inserui. Emendatum etiam ut tunc stomacho loquar tunc fideles et amici librorum abbreviatores extiterunt adeo qui fideliter ac sincere de quibuslibet libris suas vocabulas excerpsi voluit, ut nec minime iota de libris operis actorum sive etiam de librorum ordine paciantur immutari hinc quemadmodum cautele distinctionis. Preter viros doctores catholicos etiam in antiquorum flosculis excerpendis etiam in libris quorumlibet transferendis omnino tenuisse cognovi. Verbi gratia ut istorum talium breviter. Tudeam ut ceteris doctis interpretibus quos nunc transtulisse constat absque taceam. Beatus ille Jeronimus eliquatam veritatem sacre divine scripture ex hebraico fonte quodam in latinum flumine eloquii transfundens tanquam edicio multo preclaris omnibus in ecclesia christi dignitatem auctoritatis obtinuit. Nequaquam tamen verbum ex verbo transtulit. Sed ex sensu sensum expressit ut videlicet antique translacioni prout posset salva veritate more gereret ne ipsa eius translacio ab ipsa vulgata edicione nimium discrepans ipsa novitate librorum animos legencium inquietos offenderet. Nec igitur ideo mendacii culpam incurrit dum veritatem hebraicam in latinum transtulisse se dicit. Ceterum quis tam fidelis diligens quam relator est ut eodem penitus verborum ordine narracionem aliquam referat quo eam vel in libro legit vel ab homine quoquam relatam audivit aut inquit fidelitatis merito possit redargui quia etsi hanc ullam hystoriam legi vel ab homine illo audivi quam meis tamen refero non propterea penitus verborum ordine sed sententiam teneat. Sic ego licet omnem vereor mendacium detestator non tamen quidem conscientie stimulo remordente non istorum talium prima detinente et de flosculis aristotilis redactis quos in hoc opere per diversa capitula inserui expressis actorum nominibus annotavi. Et si forsitan ex aliquorum tamperdam implexionibus locis aliquid immutaverim de superficie vel ordine verborum dubitanter tamen inscribam redactam hanc vel illam sententiam illius auctoris esse cuius nomine in titulo continetur.

De numero auctoritate eorum que excerpta sunt. xi

Ex predictis itaque patet non omnia que in hoc opere continentur paris auctoritatis esse. Sed quedam maxime sive primum auctoritatis locum tenere quedam non medium et quedam minimum quedam aut nullum. Et in hiis omnibus excepto sacram paginam eorum scilicet sanctis prophetis et apostolis divino spiritu indubitanter afflatis editam vel conscriptam de qua in hoc opere nichil penitus volui per ipsum usum convertere sed vero ausus sum propter opera sacrorum librorum reverenciam excerpere nisi forte breviter percurrendo similitudinem hystorie scilicet cum scriptura sacra procedit alias tempore sic etiam dignitate. Denique in eius comparacione ceterorum quoque doctorum sequencium opuscula nullius auctoritatis esse testatur. Augustinus in xi contra faustum disputacione loquens sic sunt inquit libri qui non precipiendi auctoritate sed proficiendi exercitacione scribuntur. Quos inter nos tamen si sentiunt quibus dicit apostolus. Et si quid aliud sapitis id quoque vobis revelavit deus. In quo genere litterarum non cum credendi necessitate sed cum indicandi libertate legendum est. Cui tamen ne intercluderetur locus et adimeretur posteris ad quos difficillime questiones tractande atque versande lingue et stili saluberrimus labor distincta est a posterioribus libris excellentia canonice auctoritatis veteris testamenti et novi que apostolorum firmata temporibus per successiones episcoporum et propagaciones ecclesiarum tanquam in sede quadam sublimiter constituta est cui serviat omnis fidelis et pius intellectus. Ibi si quid velut absurdum moverit dici non licet auctor huius libri veritatem tenuit. Sed aut codex mendosus est aut interpres erravit aut tu non intelligis. In opusculis autem posteriorum licet eadem in sermone veritas longe tamen est impar auctoritas. Ibi ymmo nisi vel certa racione vel ex illa canonica auctoritate quod ibi disputatum vel narratum est demonstretur si quis credere noluerit non reprehenditur. In ista vero canonica eminencia sacrarum litterarum etsi unus propheta vel apostolus vel evangelista aliquid in litteris suis posuisse ipsa canonis confirmatione declaratur non licet dubitare quod verum sit. Alioquin nulla erit pagina qua humane imperitie regatur infirmitas si librorum

salubrima auctoritas aut contempta penitus abolet[ur]. aut in tumulata confundi[tur] Het
Augu[stinus] / De ordine dignitatis scripturarum .xii. / auctoritatis autem sepositis hiis
Exceptis igitur divinis libris veteris et novi testamenti in summa quadam post eos locum tenent epistole de-
cretales Romanorum pontificum et canones generalium conciliorum opuscula quoque sanctorum
doctorum. Nam ut in decretis Gratiani habetur parte .xx. distinctione legitur epistole decre-
tales conciliorum canonibus pari iure exequantur. Quamquam scriptorum tractato-
res ipsi sacrorum pontificibus preemineant tamen quia dignitatis culmen apicem
adepti non sunt in exponendis quidem scripturis eis preponuntur. In causis vero
diffiniendis ubi non solum scientia sed et potestas requiritur. Hinc post eos loca
go genus inposuit auctoritatis gradu inito ponitur. quem ut precedunt eorum
sibi vicissim preferuntur. Illos autem sanctos doctores in eo gradu ponere
volui qui auctoritate Romane ecclesie canonizati sunt et eorum libri per ecclesiam
pontificem approbati ut sunt Dyonisius Ignacius Ciprianus Hylarius. Atha-
nasius. Basilius Gregorius Nazanzenus Ambrosius. Jeronimus Johannes Cri-
sostomus. Augustinus Cirillus. Fulgencius. Cassiodorus Ysidorus et alii mul-
ti. Secundum vero locum tenent doctores alii precedentes quidem et catholici
Sed non canonizati ut venerabilis Beda presbiter et Alcuinus Karoli magni. Ra-
banus et Strabus eiusque discipulus. Haimo et Ymo carnotensis Ricardus et
Hugo parisiensis aliique plurimi. Tercium autem et infimum tenent gradum philosophi
doctores quos gentilium. Nam etsi catholice fidei veritatem ignoraverunt mul-
ta tamen preclara quedam dixerunt. De creatore et creaturis de virtutibus quoque et viciis
que et fide catholica et racione humana manifeste probantur esse vera. Preterea
quemcumque artifici cuilibet in sua facultate disserenti credendum est plurimum. Scientiarum
studiosis scolaribus ut invenit conficiant. Inde est quod inter philosophos catholicos in
lectoribus vel predicatoribus ac disputatoribus tractatoribus fidem adhibeo ubi gramatica
nis et grammatica. aristoteli in logica. tullio in rethorica. ypocrati in medicina.
Porro ea quod nullam autentica dignitatis auctoritatem habent ipsa sunt illa.
Apocrifa quorum scilicet auctor penitus ignoratur et de veritate dubitatur. Itaque si
qui legantur. a quoque vel enarrentur. utrum credi vel non credi debeant
ipsius legentis vel audientis iudicio vel voluntati relinquitur. Sed cum nunc
nones aliqui vel narraciones ignote ab illis plerumque qui viderunt
vel audierunt ut assolet referuntur. Denique decretum Gelasii pape quo
scripta quedam approbantur. quedam non reprobantur. hic in ipso operis inicio
ponere volui ut lector inter autentica et apocrifa discernendo sciat secundum
racionis arbitrio quod voluerit eligat quod voluerit relinquat. .xiii. De libris
Sancta Romana ecclesia nullis synodicis constitutis / autenticis
ceteris ecclesiis prelata. Sed evangelica voce domini et salvatoris nostri primatum
obtinuit dicentis. Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam
meam post propheticas et evangelicas atque apostolicas scripturas quas regulariter suscepimus
quibus ecclesia catholica per graciam dei fundata est has etiam suscipi non
prohibet videlicet sanctam synodum nicenam mediante maximo constantino
augusto celebrata in qua arrius hereticus condempnatus est. Synodum
constantinopolitanam mediante theodosio seniore augusto in qua dampna-
tus est macedonius. Synodum ephesinam primam mediante cirillo alexandrino
episcopo et archadio episcopo ab ytalia destinato in qua nestorius condempnatus
est. Synodum calcedonensem mediante marciano augusto et anatolio

constantinopolitano episcopo in qua nestoriana et eutichiana heresis simul cum
dioscoro eius sequacibus dampnatur. Opuscula quoque beati cipriani mar-
thaginensis episcopi et beati basilii capadocie. Iohannis constantinopolitani theophili
alexandrini hilarii pictauensis ambrosii mediolanensis. Augustini
yponensis. Iheronimi presbiteri. prosperi viri religiosissimi. epistolam leonis pape
ad flauianum constantinopolitanum episcopum. opuscula atque tractatus omnium patrum
orthodoxorum qui in nullo a sancte romane ecclesie consortio deuiauerunt nec ab eius
fide vel predicatione seiuncti sunt legenda decernimus. Decretales quoque
epistolas romanorum pontificum. actus beati siluestri pape. vitas patrum pau-
li anthonii hilarionis et omnium heremitarum quas vir beatissimus iheronimus de-
scripsit. gesta quoque sanctorum martyrum. Que tamen secundum antiquam consuetudinem singu-
lari cautela in romana ecclesia non leguntur. ne vel leuis subsannandi
occasio oriretur. quia et eorum nomina qui scripsere penitus ignorantur
et ab infidelibus aut idiotis superflua aut minus apta quam rei ordo fuit
esse putantur. sicut cuiusdam quirici et iulite et georgii aliorumque huius-
passiones que ab hereticis scripte perhibentur. Nos autem omnes martyres et eorum
gloriosos agones omni deuotione ueneramur. Scripta de inuentione sancte crucis
et alia de inuentione capitis iohannis baptiste nouelle quidem sunt rela-
tiones et nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hec ad catholicorum manus
peruenerint pauli apostoli sententia precedat omnia probate quod bonum est tenere.
Item rufinus vir religiosus plurimos operis ecclesiastici libros edidit et non nul-
las scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatus ieronimus eum in aliquibus de arbi-
trii libertate notauit illa sentimus que eundem ieronimum sentire cognoscimus.
Non autem hec solum dico de rufino sed de vniuersis quos idem vir sepius
zelo dei et fidei reprehendit. Origenis opuscula non illa que idem
ieronimus non repudiat legenda suscipimus. reliqua omnia cum auctore suo
dicimus esse renuenda. Eusebii cronica et eiusdem ecclesiastice hystorie libros
quamuis in primo narrationis sue libro tepuerit et postea in laudibus et ex-
cusatione origenis unum librum scismaticis conscripsit. propter rerum tamen singularem
notitiam que ad instructionem pertinet usquequaque non dicimus renuendos. Orosium
virum eruditissimum collaudamus quia valde nobis necessariam aduersus paga-
norum calumpniam hystoriam ordinauit. Sedulii paschale opus
heroicis versibus descriptum miramur. xiiii. De libris apocrifis.

Cetera vero que ab hereticis vel scismaticis conscripta sunt nullatenus re-
cipit catholica et apostolica romana ecclesia. E quibus quedam que ad me-
moriam venerunt et a catholicis vitanda credimus esse subdenda. Arimi-
nensem synodum a constantio cesare constantini filio congregatam penitus et usque in
hodiernum (?) ... esse dampnatam. Itinerarium nomine petri apostoli quod appellatur sancti cle-
mentis apocrifum in libris octo. Euangelia nomine petri. Iacobi bartholo-
mei thome mathie barnabe. Euangelia quoque que falsauit lucianus
et ysicius. Item actus nomine petri. andree philippi thome. liber de infantia sal-
uatoris et de maria vel obstetrice. liber qui dicitur pastoris. liber qui dicitur fundamentum.
libri omnes leucii discipuli diaboli. liber qui appellatur thesaurus. liber de filiabus ade
vel genesis. actus tecle et pauli. liber proverbiorum qui ab hereticis conscriptus sancti
sixti nomine prenotatus est. Reuelationes pauli thome stephani. transitus sancte
marie. penitentia ade. testamentum iob. penitentia origenis. penitentia cipriani. liber ... (?)
nomine gigantis. liber iamne et mambre. liber qui dicitur phisiologus ambrosii nomine
signatus sed ab hereticis conscriptus. liber ... apostolorum. centimetrum de christo virgilianis
versibus compaginatum. hystoria eusebii pamphili. opuscula tertulliani lactantii

affricani thecle et maximille actus clementis alexandrini thasci cipriani
arnobii tyconii cassiani galliarum presbiteri victorini pictabionensis epistola ihesu
ad agbagarum regem et epistola abagari ad ihesum passio cirici et iulite et
georgii liber qui dicitur contradictio salomonis liber quoque symonis magi nicolay cherinti
et marchionis basilidis ebion et aliorum hereticorum quos tamen cum actoribus
actorumque sub sequacibus sub anathematis in dissolubili vinculo confitemur in
eternum esse dampnatos hec usque decretum gelasii pape. Nunc autem et nomina librorum
uniuscuiusque doctoris catholici que repperi consequenter in suis iuxta ordinem hystorie
temporum quibus floruit locis congruis annotavi. **XV. De continentia totius operis**

Continet igitur opus illud summatim primo quidem de deo trino et uno
creatore sive breve tractatum. Deinde de celo empireo et natura angelorum
de statu quoque et ordine bonorum et ruina malitiaque illorum post hec de ma-
informi et de fabrica mundi ac iuxta seriem operum vel dierum de naturis re-
tatibus singularis per ordinem rerum. Deinde vero de conditione hominis primi de na-
ac viribus anime et sensibus ac potentiis ac proprietatibus corporis humani. De na-
modo operandi. De primo statu protoplasti et felicitate paradisi. De precepto dei in-
ac pena inpleti. De peccato eius quo multa quia post divisionem ac sin-
gulorum proprietate post modum vero de hominis lapsi reparationibus de proprietatibus
fidei ceterarumque per ordinem virtutum donorum spiritus sancti atque beatitudinum. Demum quoque
una cum sacramentis post hec autem iuxta seriem temporum per ordinem continet hystoriam
rerum in mundo gestarum decorisque memorabilium ab initio seculi usque ad tempus
nostrum. Et primo quidem describit initium ecclesie quod fuit ab abel iusto usque pro-
gressum et tempora patriarcharum iudicum regum ac ducum usque ad tempora christi
et apostolorum iuxta ordinem sacre scripture hystorie multa etiam inserens ultra
de gestis ac dictis ethnicorum et in nos diffusius texit hystorias ecclesiasticas
per successiones romanorum imperatorum usque ad illum qui nunc his temporibus imperat
fredericum. Post hec autem ab initio continuat singulorum temporibus suis ortus regnorum
successiones quoque regum et varios eventus bellorum errores paganorum
iudeorum hereticorum gesta dicta que notabilia atque librorum nomina philosophorum
et poetarum institutionem ac formam et efficaciam sacramentorum veterum ac novorum
multiplicem ecclesie profectum per persecutiones ac hereses temporum omniumque cor-
dine prelatorum cum summorum pape romanorum successiones imperatorum
gesta quoque laudabilia et passiones et miracula sanctorum scilicet apostolorum martyrum confessorum
atque virginum. Sed etiam actus memorabiles ac nomina librorum florentiumque non-
tionibus [illegible] bona [illegible] facit. [illegible] [illegible]

Logica dividitur in grammaticam et rationem disse- [illegible] magistris
rendi et ratio disserendi in probabilem et necessariam et sophisticam. [illegible] dyale-
ticam et rethoricam. Grammatica est scientia recte loquendi origo et fundamentum
liberalium litterarum [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] littere
latine et greece ab hebreis [illegible] [illegible] apud illos [illegible] primus dictum est
aleph [illegible] [illegible] apud grecos tractum alpha [illegible] apud latinos a.
Hebrei xxii [illegible] [illegible] [illegible] libros [illegible] [illegible] v xxiii
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] xxiii [illegible] apud grecos littere [illegible]
[illegible] sunt [illegible] [illegible] [illegible] significat [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] figuram [illegible] [illegible] summa et ultima [illegible] qui dicit
ego sum alpha et o. [illegible] littere apud grecos [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] a apud [illegible] [illegible] b duo c tria [illegible] Dyale-
tica ipsa est que [illegible] dicitur logica [illegible] [illegible] diffiniendi [illegible] ac disseren-
di potens. [illegible] [illegible] aliud [illegible] aliud [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
sive absolute [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sive [illegible]
aliud [illegible] [illegible] vel ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
vel ad [illegible] [illegible] [illegible] vel ad [illegible] [illegible] [illegible]

vel ad probabilem et hec in libro topicorum vel ad sophisticam et hec in libro elenchorum. Rethorica
vero est benedicendi scientia in civilibus questionibus ad persuadendum iusta et bona. In rethorica
quia in negociis causa rethor sive orator est vir bonus dicendi peritus. Vir
bonus consistit circa mores vita. Dicendi peritus consistit artificiosa eloquencia
que constat partibus v. scilicet in inventione, dispositione, memoria, pronunciatione et sine officiis
eius quod est ad persuadendum. Opera autem dicendi peritia consistit in tribus scilicet narracio, docentur et persua-
deatur causa tria sunt scilicet deliberativum in quo quid debeat fieri tractatur. Demonstrativum
in quo persona laudabilis aut reprehensibilis ostenditur. Iudiciale in quo de premiis
penis aut pene premium sententia datur. Deliberativum genus duplex est scilicet suasio
et dissuasio. Suasorium autem in tribus locis dividitur scilicet honesto utili et possibili.
Demonstrativum habet duas species scilicet laudem et vituperacionem. Partes oracionis rethorice
iiij^or sunt species scilicet exordium narracio argumentacio et conclusio. Magica vero
philosophia non continetur sed foris est prophane de ea mediens et varie a des-
cribens quinque maleficorum genera continet scilicet manticen mathesim maleficia
sortilegia prestigia. Mantice id est divinacio species habet v. scilicet nigromanciam geomanciam
ydromanciam aeromanciam pyromanciam. Mathematica vero tres scilicet
aruspiciam augurium horoscopiam. Liber decimus ... [struck through]

Hec de generalia summe partis epilogando tetigimus nunc ad hystoriam
priorem partem prolixiora tempus explicandam tractamus. Adam et Eva
sicut creditur ipsa die sue creacionis id est sexta die mundi in paradiso creati
sunt. Primi parentes ... et paulo post ... nova creati sunt vij ... 
dierum ... tempus Adam post multos annorum revoluciones id est vj feria viij kl. aprilis
hora ... vj^a crucifixus ... penam debitam soluit ... 
nova ... adventu paradisi reperatur. Procreati igitur ... 
... ad ... solacium ... de paradiso egressi sunt ...
carnalem coierunt ... quod in paradiso ... 
paradisum. Anno itaque vite Adam xv natus est ei Caym et soror eius
Calmana. Post annos autem xv natus est ei Abel et soror eius Del-
bora. Creditur autem Adam innumeros filios ... deo ... ac ...
... Caym itaque ... agricola ... 
... deo obtulit et meliora ... Abel vero pastor
simplex et innocens de pinguioribus gregis obtulit et quia eius vita
placuit deo ... fuit et ... deus per inflamacionem
sacrificii eius innotuit. Ignis enim de celo descendens oblacionem eius
incendit. Caym ergo malignus bonitati fratris invidens eum in
agro damasceno ... occidit ... adeo maledictus ...
vagus et profugus ... tandem a Lamech in generacione sua vij^o
... vij ... peccata ... quia ... dimisit
... invidie dolose egit ... desperavit. Nec ...
... egit ... punitus est septuplum id est usque ad vij generacionem
in qua pena eius simul ... vita finita est. Lamech vero lxxvij id est
multo plus quia ... homicidii ... vel quia
tot ... egressi ... perierunt. [struck through]

In hiis itaque duobus primis filiis Ade scilicet Caym et Abel ... 
due civitates ... una ... intrinsecus ... 
... in aliis ... Abel ... quia ... 
constituit ... Hic est Babilon ... ab Abel

dicitur incepisse ecclesia quia si ab adam incepisset non fuisset continua quia
in caym scelere cepit iniquorum reproborum malicia. Qualis ergo fratrum vita fuerit
et quam dissimilis vita quoque eorum longe dispar fuit. abel enim simplex vir
in pastu ovium occupatus de pecoribus gregis innocue deo grata obtulit per-
secucionem fratris propter gratiam dei paciens sustinuit non ob aliud nisi quia bonus
erat. abel malis unde et primus in ipso signum et similitudo passionis christi
expressa processit qui quidem non fecit et in veteri populo iusto ecclesia pati cepit
que in singulis suis patitur et usque in finem patietur. dicente gregorio abel esse
renuit quem caym malicia non exercet. caym non nequissimus avaricie inserviens
cum terram coluit ac de peioribus fructibus deo obtulit propriam iniquitatem
de salute eterna desperavit et tamquam omnis bonitatis carens terra proximos conturbavit
rapinis et violencia opes congregavit ad lasciviam suos invitavit ac simplici-
tatem hominum ad inventiones mensurarum et ponderum permutavit atque ad callidi-
tatem et corrupcionem perduxit. hic terre primus posuit civitates, munivit
et timens quos lesserat ad easque suos in unibus collegit. Ideo at primus
natus est caym pessimus quam abel iustus ut ostenderet quod in adam tota generis
humani massa mire dampnata est et quod aliquis per ea nos in honorem
efficitur non se invenit donatum. Sed denotantur quoque una demum studia
filiorum caym maxime indicant ad qua predam civitatum pertinebant. lame-
ch enim primus contra ius et morem bigamiam introduxit et sic adulterium com-
misit. cuius tres congeries artes quasdam mechanicas et curiositates adde-
bant. Jabel scilicet portatilia tentoria pastorum. Jubal vero piciam sonorum mu-
sicorum sive consonancias que primum ad voluptatem aurium. tubal chaym
artem fabrilem et sculpturas metallorum desiderans complevit et libidini
oculorum. Noema quoque soror eius invenit artem varie texture et
sunt ibi scolares artes vel sunt sive mechanice sive liberales sive phisice
curiositati vel necessitati sive delectacioni humane deservientes a filiis quippe
seth leguntur inventa hiis vero et eius artes que non erant ad salutem
eorum studio ac labore erant inveniendi qui non erant filii salutis et ne
quod filiis lucis utrumque necesse illis ex quibus ille labor debebatur fructus
aut fructus sumebatur. Sicut ab hebreis egipcii spoliantur ut inde hebrei
potius induerentur scilicet nisi hebreis adiuvandi alii laboraverunt et vos in labo-
re eorum. ~~Rubrica~~ De generacione seth usque ad Noe. Rubrica.

ADam itaque post mortem abel vehementer amore prolis estuans
cognovit uxorem et genuit seth cum esset c. xxx. annorum. scilicet
hebraicam veritatem qui scilicet seth genuit enos anno etatis sue c. v. ab
inicio vero mundi cc. xxx. v. Enos genuit caynan anno etatis xc.
mundi vero ccc. xxv. Caynan genuit malaleel anno etatis sue
lxx. mundi vero ccc. xcv. Malaleel genuit iared anno etatis sue lxv.
mundi vero cccc. lx. Jared genuit enoch anno etatis sue c. lxii
mundi vero dc. xxii. Enoch genuit matusalam anno etatis sue
lxv. mundi vero dc. lxxxvii. post hoc vero cum esset enoch generacionis lxv annorum
translatus est divinitus in paradisum voluptatis adtempus ut in fine temporum
ecclesia renovat et corda filiorum ad patres convertat quod enim unus ingenuitate
priorum septimus filiorum seth fuit optimus sicut lamech ingenuitate minorum
septimus filiorum caym fuit pessimus. Matusale genuit lamech anno etatis
sue clxxxvii mundi vero dccc. lxxiiii. Lamech genuit noe anno etatis
sue c. lxx. ii. mundi vero mlvi. Hic Noe area ad diluvium fabri-
Noe genuit anno etatis sue d. mundi vero m
cc. l. vi. tunc inundante malicia hominum penituit dominum

II

fabricavit archam C annis ante diluvium qui dati sunt eis ad penitendum in quibus
Noe qui solus in generationibus illis erat perfectus dum fabricaret archam predica-
bat hominibus penitenciam ut imminente evaderent penam. Omnis quippe caro corru-
perat viam suam. Nam primus filii cain uxoribus fratrum suorum nimis forni-
cationibus fuerant abusi fecerant et mulieres in vesaniam usque viros super gressi
turpiter egerant tandem etiam postea descendentes hominis in aliturum concurrunt et filii
seth quondam religiosi contra prohibitionem ade patris sui concupiscentia victi filiabus
cain commixti sunt unde et gigantes geniti sunt homines scilicet immanes corporibus
superbos animibus inauditos moribus. Denique fabricata est archa bituminata interius
2 et exterius in fundatis quadra ab angulis [illegible] ascendens cubitumque consumata
cuius quas Augustinus ait quod tertia [illegible] fuisse dicit cum cameram super tabulatum
sentine fuisse bituminatam et erant camere laterales una stercoraria alia vero
apotecaria super hanc aut mansione alia erat similiter bituminata quinta
in initium alia initium aliud media vero hominum et avium alii vero habent omnes
in altitudine sola disponunt. Josephus autem dicit iiii[or] fuisse sola parti-
tam vero includens. lix De diluvio et arcu federis

Ingressoque noe cum familia sua cunctisque generibus animantibus non cessantibus
peccatis hominum inundavit diluvium. Pluit enim xl noctibus et diebus quoque continue
et elevata archa ferebatur in sublime. Crevit enim aqua super omnem altitudinem
montium ut ablueret sordes aeris usque quo ascenderunt opera hominum obtinuerat
aeris purgatorium ascendet ignis iudicii usque ad eundem locum aque. Sic
exaltate terram obtinuerunt. cl. diebus ab ingressu noe statim septimo mense
decimo requievit archa super montes armenie. Noe vero ad explorandum
emisso corvo post columbam. Tandem iubente deo egressus est de archa cum
universis qui ibi erant eadem die qua ingressus fuerat revoluto anno
et edificato altari obtulit sacrificium deo quam propter et gratiarum actione
qui et benedixit ei et filiis eius repetita benedictione qua prius dederat ade quam
primum multiplicandum erat genus humanum sic et benedictio in tribus consistit
scilicet amplius multiplicatione maiorum animantium subiectione in aborum concessione que
enim aborum concessio hic amplificatur cum pro [illegible] in [illegible] cum pro homine infirmitatem
et concedit esus carnium absque sanguine tamen. Insuper prohibet homicidium ad
litteram et quia timebant adhuc diluvium pepigit deus cum eis securitatis
fedus. Ipsumque signum posuit arcum pluvialem in nubibus qui hic dicatur
habere ii colores duos cum hic presentibus in signum duorum iudiciorum conclusis scilicet
ceruleum qui aquosus est in signum iudicii per aquam preteriti ne amplius ti-
meatur. Intencius vero rubeum in signum futuri ignis ut compleatur inundatione
aque diluvii anno sexcentesimo noe vero decimo ab initio anni mundi m° dc° lvi°
Tunc prima mundi etas est terminata quam infancia oblivioni data est
et in initio habuit septima. lxi De generationibus post diluvium usque ad heber rubrica

Sem autem genuit post diluvium annis duobus arphaxat scilicet
anno mundi m° dc° lviii. Huius tempore accidit post diluvium illa
famosa ebrietas patris sui noe cum [illegible] [illegible] pro sibi et fratribus suis
post prohibita verecundia et honore patris benedixit. Tercio vero filio scilicet cham
impudenti pro irrisione in filio eius primogenito chanaan maledixit.
Exquirit quod cum filiis filiis noe quadraginta lxxii quadraginta de iapheth
xxx de cham xxvii de sem unde et dominus [illegible] pro primus xii apostolos
ad xii tribus israel divisit sic post modum lxxii discipulos misit
qui totidem linguarum gentibus evangelium predicarent. Qui est et illis [illegible]
adhuc vivente noe in supra plurimum nati sunt xxiiii milia et c.
contra illius et parvulos habentes per se tres duces primus nembroth.

de filijs cham regnatur super fratres suos eruditus a ionitho quarto filio
noe sapiente de quo moyses tacet qui astronomiam invenit et futuris
quosdam eventus predixit maxime que de ortu et occasu iiii^or regnorum
de quibus etiam daniel prophetavit. x° v° nembroth cepit regnare vetatus
super filios sem superbiens et super filios japheth. Arfaxat autem genuit sale
anno vite sue xxxv° etatis autem mundi anno secundo xxxvii° ab initio vero
mundi anno ij° dc° xciij°. Sale vero genuit heber anno vite sue xxx° etatis
secunde lxvii° mundi vero anno ij° dc° xxiii°. sub hiis duobus scilicet arfaxat et sale
nullum in mundo famosum legitur evenisse. lxii. De phaleg et divi-
sione linguarum ac gentium in tribus orbis partibus

Heber autem genuit phaleg anno vite sue xxxiiii° etatis secunde c° i°
mundi vero anno ij° dcc° lvii. ab heber secundum iosephum dicti sunt hebrei
nam in domo eius solum remansit lingua hebrea que etiam ante divi-
sionem linguarum non dicebatur hebrea sed humana simpliciter ut pote qua
omnes homines utebantur. Hinc quoque filius nomen habuit ab eventu scilicet
phaleg id est divisio quia in diebus eius divisa est terra. Tres ergo supradicti
duces convenerunt in campum sennaar et timentes diluvium consilio nembro-
th volentes regnare ceperunt edificare turrim ex lateribus et bitumine que
usque ad celos pertingeret. Deus autem linguam eorum confudit ut unusquisque
vocem alterius non intelligeret. Nam aqua petenti lapides vel aliud
quid porrigebatur. Sicque assumpto proprio verborum spiritu in diversis
regionibus secundum linguarum suarum varietates dispersi sunt. Filii sem ob-
tinuisse feruntur asiam. cham affricam. japheth vero europam. ysidorus
libro xiiii ethimologiarum. Tres ergo partes orbis non equaliter divise sunt. Nam
asia a meridie per orientem usque ad septentrionem pervenit. Europa vero a septentrio-
ne et ad occidentem et inde affrica usque ad meridiem. Sicque medium orbis or-
bis sola tenet asia. medium vero europa et affrica que ideo due facte sunt
quia in utramque ab occeano mare magnum ingreditur quod eas intersecat.
lxiii. De asya et eius capite quod est paradisus rubrica.

Asya ex nomine cuiusdam mulieris est appellata que apud antiquos
imperium tenuit orientis. Hec in tertia orbis parte disposita ab oriente
ortu solis a meridie occeano ab occidente vero mari nostro finitur a septentrione
meotide lacu et tanay fluvio terminatur. Hec autem provincias multas et regio-
nes quarum breviter nomina et situs expediam sumpto initio a paradiso.
Paradisus locus est in orientis partibus cuius vocabulum ex greco in la-
tinum vertitur ortus. porro hebraice eden dicitur quod in nostram linguam de-
licie interpretatur. quod utrumque iunctum facit ortum deliciarum. est enim omni genere
ligni et pomiferarum arborum consitus. habens etiam lignum vite. non ibi frigus
non estus sed perpetua aeris temperies. e cuius medio fons prorumpens
totum nemus irrigat dividiturque in iiii nascencia flumina. cuius
loci post peccatum hominis aditus est interclusus. Septus est enim undique rum-
phea flammea id est muro igneo accinctus. ita ut eius cum celo pene iungatur
incendium. cherubim quoque id est angelorum presidium arcendis spiritibus malis super
rumphee flagrantia ordinatum est. ut homines flamme angelos vero
malos cherubin submoveat. ne cui carni vel spiritui transgressionis
aditus pateat. lxiiii. De india et eius mirabilibus.

India ab indo flumine dicta est quo ex parte occidentali clauditur. Hec a meridia-
no mari porrecta usque ad ortum solis et a septentrione usque ad montem
caucasum pervenit. habens gentes multas et oppida. insulam quoque taproba-
nam gemmis et elephantis refertam. crisen et argire auro argento

Scandas tylem quarum arbor foliis numquam caret. Hec et flumina Gange et
Indum et Ypanim illustrantes Indos terra India fauonio spiritu saluberrima in
anno bis metit fruges vice hiemis ethesias patitur. Gignit tincti coloris
homines elephantes ingentes monocerion bestiam psytacum avem ebenum
quoque lignum et cinamomum et piper et calamum. Mittit ebur lapides pre-
ciosos berillos crisoprasos adamantes carbunculos lignites margaritas
et uniones quibus nobilium feminarum ardet ambicio. Ibi sunt et montes
aurei quos adire propter dracones et grifes et immensorum hominum monstra
impossibile est. Solinus. In libro de mirabilibus mundi. Traduntur in India fu-
isse v. oppidorum propria capacitate populorum ix. dum et credita est esse tercia pars
terrarum. Nec mirum sit de hominum vel de urbium copia cum soli Indi numquam a nata-
li solo recesserunt. Indiam Liber pater ingressus est ut pote qui Indis triumphat
omnium primus triumphavit. Maximi ibi amnes Ganges et Indus. Ex hiis
minima Gangis latitudo octo milia passuum maxima xx patet. Altitudo
ubi vadosissimus est minima c. pedum devorat. In Gange insula est populo-
sissima amplissima continens gentem quorum rex l milia pedi-
tum equitum quatuor milia in armis habet. Omnes sane quicumque sunt predi-
ti regia potestate non sine maximo elephantorum equitum et peditum quos numero
militare agitant disciplinam. Prasia gens validissima Palibotram
urbem incolunt. Unde quidam gentem ipsam Palibotros nominaverunt
quorum rex sexcenta milia peditum equitum xxx elephantorum octo
milia omnibus diebus ad stipendium vocat. Ultra Palibotram mons
Malleus est in quo umbre hieme in septentriones estate in austros
cadunt vicissitudine ac durante semper mensibus. Septentriones in eo
toto anno semel nec ultra xv dies parent sicut auctor est Betoon
qui perhibet hic pluribus Indie locis contingere. Indo flumini proxi-
mantes usque ad meridiem plaga ultra alios torrentes sunt colore
denique insidere prodit hominum color. Montana Pigmei tenent. At hii qui
vicini oceano sunt regibus degunt. Pandea gens a feminis regitur
cui reginam primam assignant Herculis filiam. In India sunt monstra
diversi generis. Serpentes enormes leucrocota cale tauri
mantichora monoceros anguille trecentorum pedum pomaria ex-
passuum harundines et talia plura mirabilia. Ysidorus libro xiv.

~~De aliis Asie regionibus~~ Sed et ... caucaso ...

Parthiam Parthi a Scitia nomen vocaverunt. Hinc a meridie rubrum
mare est a septentrione Hyrcanum pelagus ab occidua solis pla-
ga Media. Regna ibi xviii sunt porrecta a Caspio littore usque
ad Babiloniam. Assyria vocata est ab Assur filio Sem qui eam post
diluvium regionem primus incoluit. Hec ab ortu Indiam a meridie Medi-
am tangit ab occidente Tigrim a septentrione montem Caucasum ubi
porte Caspie sunt. In hac regione primum usus purpure est.
Inde primum crinium et corporum unguenta venerunt et odores quibus
Romanorum et Grecorum effluxit luxuria. Media et Persida a regibus Medo
et Perso cognominate sunt qui eas pugnando debellando aggressi
sunt. Ex quibus Media ab occasu veniens Parthia regna am-
plectitur a septentrione Armenia cingitur ab ortu mari Caspio di-
rigitur a meridie Persida. Hec quoque ... medicinam arborem gignit quam
alia regio numquam profert. Sunt et Medie due maior et minor.

Persida tendens ab ortu solis usque ad Indos, ab occasu mare rubrum, ab aquilone
vero Mediam tangit, ab austro Germaniam que Perside annectitur, in qua est
Susa oppidum nobilissimum. In Persida primum orta est ars magica, ad quam Nem-
broth gigas post confusionem linguarum abiit, ibique Persas ignem colere docuit.
Nam omnes in illis partibus solem colunt, qui eorum lingua dicitur El. Mesopo-
tamia greca ethimologia [illegible] possidet, que duobus fluviis ambitur. Nam
ab oriente Tigrim habet, ab occidente Eufratem. Incipit autem a septentrione inter
montem Taurum et Caucasum, cuius a meridie sequitur Babilonia, deinde Cal-
dea, novissime Arabia Eudemon que inter sinum Persicum et sinum Arabicum
angusto terre tractu orientem versus extenditur. Babilonia regio cuius
Babilon urbs est caput, nuncupata tam nobilis ut Caldea et Assyria et Me-
sopotamia in eius nomen aliquando transirent. Capitulum lxxvi. ~~De eodem~~

Arabia est appellata id est sacra, hoc enim significat interpretata, eo quod sit regio tu-
rifera odore generans. Hanc eciam Greci eudemon, nostri beatam nominant. In
cuius saltibus mirra et cinamomum provenit. Ibi nascitur avis fenix,
sardonix gemma et yris, molochites et pederota vel [illegible]. Hec
et Sabba est appellata a filio Chus qui nuncupatus est Sabba. Hec autem est inter predictos
angusto tractu ad orientem versus ad persicum sinum extenditur, cuius septentrionem
Caldea claudit, occasum sinus arabicus. Syriam Sirus quidam perhibetur
indigena a suo vocabulo nuncupasse. Hec ab oriente flumio Eufrate,
ab occasu mari nostro in Egipto terminatur, tangens a septentrione Armeniam et
Capadociam, a meridie sinum arabicum. Situs autem porrectus in longitudinem,
in latere angustior. Habet autem in se provincias Commagenam, Fe-
niciam et Palestinam, cuius pars est Iudea, absque Sarracenis et Nabateis.
Commagena est prima provincia Syrie, notabilis Commagene urbis nuncupata, que
quondam inter metropolis habebatur. Hanc a septentrione Armenia, ab ortu
Mesopotamia, a meridie Syria, ab occasu mare magnum [illegible]. Fenix Cathmi
frater de Thebis Egiptiorum in Syriam profectus apud Sydonem regnavit, eamque
provinciam ex suo nomine Feniciam appellavit. Hec autem est Tyrus, ad quam
Ysaias loquitur. Habet autem Arabiam ab oriente, mare rubrum a meridie. Pale-
stina provincia Philistim [illegible] metropolim habuit, que nunc dicitur Ascalon,
ex qua civitate omnis terra circa regio Palestina est nuncupata. Hanc ab orien-
te mare rubrum [illegible], a meridiano latere Iudea concipitur, a septentrionali
plaga Tyrorum finibus clauditur, ab occasu Egipto limite terminatur. Capitulum lxxvii. De Iudea

Iudea ex nomine Iude est appellata, ex cuius tribu reges habuit. Hec est Palestine
regio que prius Chanaan dicta est a filio Cham, sive a x Chananeorum gentibus,
quibus expulsis eandem terram Iudei possiderunt. Huius longitudinis eius
a vico Arpha usque ad vicum Iuliade porrigitur, in quo Iudeorum Tyriorumque
communis habitatio est. Latitudo autem eius a monte Libani usque ad Tyberiadis lacum exten-
ditur. In mediis autem Iudee civitas Ierusalem est quasi umbilicus regionis
totius. Terra est variarum opum dives, frugibus fertilis, aquis illustris, opima
balsamis. Unde filii eorum gratiam estimaverunt Iudei eam promissam patribus
terram fluentem lacte et melle. Ad hanc illis deus [illegible] gratiam pollicetur.
Samaria regio Palestine ab oppido quodam nomen accepit, quod voca-
batur Samaria, civitas regalis quondam in Israel, que nunc ab Augusti
nomine Sebastia nuncupatur. Hec regio inter Iudeam et Galileam media
iacet, incipiens a vico cui nomen est [illegible] et desinens in [illegible]
to situs eius est natura consimilis nullo differens. Galilea regio
Palestine vocata est quod gignat candidiores homines quam Palesti-
na. Hec est duplex, superior et inferior, sibi invicem conexe Syrie et Fenici adheren-
tes, terra autem opima et ferax et fructibus satis fecunda. Pentapolis
regio in confinio Arabie et Palestine sita est, dicta a quinque civitatibus impiorum

que igne celesti consumpte sunt terra amplius abhominabilis aliis obruta manet
aut deserta atque combusta. Nam pro scelere incolarum de celo descendit ignis quo
regionem illam in cineres citius dissolutam cuius umbra quedam et species in
favillis et arboribus ipsis etiam adhuc manet. Nascuntur ibi poma mixtam
substantiam specie maturitatis ut edendi desiderium generant que si carpas fa-
tiscunt ac resolvuntur in cinerem fumumque exhalant quasi adhuc arderent
lxviii. De eadem (est nuncupata. Jacet autem inter Iudeam et Arabiam.

Nabathea a filio Ismahel. Biam et surgens ab Eufrate in mare rubrum
porrigitur ac pars Arabie. Egyptus que prius Aeria dicebatur ab Egipto
Danai fratre super ea regnante nomen accepit. Hec ab oriente Syrie ac mari ru-
bro iuncta ab occasu Libiam, hec contra septentrionem mare magnum a meridie vero
introrsus recedit protendens usque ad Ethiopes. Regio celi ymbribus insue-
ta et pluviarum ignara. Nilus solus eam circumfluens irrigat et inunda-
tione sua fecundat. Hec et ceteras frugibus multam partem terrarum alit ceterisque
negociorum adeo copiosa ut impleat necessariis mercibus orbem terrarum. Fines
egipti Canopia a Canope Menelai gubernatore sepulti in ea insula que
libie principium et ostium nili facit. Helinandus. Plato tradit in egipto mul-
ta a plurimis. Ysidorus. Bactria oppidum ex oriente aquilonis regione sortita est
regio nuncupata est hec a Scithico occeano et mari caspio ad occeanum orientalem
Seres in fletu nobilibus frondibus fertilem quibus vellera detrahunt quam ceteri
gentium populi vestes ad usum nostrum vendunt. Bactrine regioni primus amnis
Bactrus vocabulum dedit. Partes eius que plane sunt Paropanisi montis iugis
ambiuntur que adverse sunt rudi flumini fontibus terminantur. Reliqua includit
Oxus fluvius. Nutrit Bactria fortissimos camelos nunquam atterentes
pedem. Scitia sicut et Gotia a Magog filio Iaphet fertur cognominata. Cuius terra
oriente parte qua oceanus Sericus tenditur usque ad mare Caspium quod est
ad occasum, dehinc a meridie usque ad Caucasi iugum deducta est, cui
subiacet Hircania ab occasu habens gentes multas propter terrarum infecun-
ditatem late vagantes. Ex quibus quedam agros incolunt quedam portentuo-
se ac truces carnibus humanis et eorum sanguine vivunt. Scithie plures terre sunt
locupletes inhabitabiles tamen plures. Nam dum in plerisque locis auro et gemmis
affluat griphorum inmanitate accessus hominum rarus est. Smaragdis autem optima
hec patria est. Cyaneus quoque lapis et cristallus purissimus Scithie est. Habet et flumina
magna Phasidem, Araxen atque Araxem. Hircania dicta est a silva Hircania
que Scithie subiacet habens ab oriente mare Caspium, a meridie Armeniam, a septen-
trione Albaniam, ab occasu Hiberiam. Que silvis aspera copiosa in immanibus
feris tigribus pantherisque et pardis. lxix. De eodem (crine nascantur

Albania a colore populi nuncupata eo quod albo. Hec ab oriente sub ma-
re Caspium surgens per oram oceani septentrionalis usque ad Meotidas
paludes deserta et inculta extenditur. Huic terre canes ingentes sunt tan-
te feritatis ut tauros premant leones perimant. Armenia vocata ab Ar-
meno Iasonis Thessali comite qui amisso rege Iasone collecta multitu-
dine que passim vagabatur Armeniam cepit et ex suo nomine nuncupavit. Sita est
a monte Tauro et Caucasum inter Cappadociam usque ad Caspium mare porrecta
habens a septentrione Ceraunios montes ex quorum collibus Tigris flumen
nascitur et in quibus montibus archa post diluvium sedisse perhibetur.
Duplex autem est Armenia superior et inferior. Sicut due Pannonie. Hiberia
regio est Asie circa Pontum Armenie iuncta. Hic herbe tinctura uti-
les nascuntur. Cappadociam urbs sua nominavit. Hec in capite Syrie

Helinandus

Ysidorus

sita ab oriente armeniam tangit ab occasu asiam minorem ab aquilone mare caspium et retinet campos quos tenuere amazones a meridie vero taurum montem cui subiacet cilicia et ysauria usque ad aticum sinum qui conspectat contra insula cypri terra eius ad alias intrix et equorum alit armenta per eam fluit qui quondam lidie regna disiunxit. Asia minor ab oriente capadociam cingit ab aliis partibus undique mari clauditur. Nam a septentrione ponticum sinum habet ab occasu propontidem a meridie egeum mare habet provincias bithiniam frigiam galaciam liddiam cariam pamphiliam ysauriam lichiam atque ciliciam. lxx De provinciis Asie minoris

Bithinia in ponti exordio ad partem solis orientis adversa tracie iacet multis antea nominibus appellata. Nam prius libricia dicta deinde migdonia mox a bithinio rege bithinia nuncupata est. Ipsa est maior frigia. Nichomedia urbs inclita est ubi hannibal fugiens venenum haustu animam exspirat. Galacia dicta est a priscis gallorum gentibus a quibus extitit occupata. Nam galli in auxilio a rege bithinie evocati regnum cum eo patrata victoria diviserunt sicque deinde grecis admixti primum gallo greci nunc ex antiquo gallorum nomine galate dicuntur eorumque regio galacia nuncupatur. Frigia dicta est a frigia europis filia habet et dardania a dardano iovis filio dicta de quo omerus ait. Et huius frigii genus celesti impulit arte habet vero ex petris de corinthia civitate sumpta sic frigiam. Est autem regio ciradi superiecta ab aquilonis parte galaciam et a meridie licaonie ab oriente liddie adheret ab occidente ellesponto mari tunditur huius regio troia est quam ex suo nomine appellavit tros troianorum rex ganimedis pater. Due autem sunt frigie maior et minor maior frigia zmirnam habet minor vero ilium licaoniam. Cariam eciam flumen disterminat a frigia. Liddia sedes antiqua regnorum quam pactoli unda extulit in divicias torrentibus aureis. liddia autem a liddo rege fratre qui in provincia remansit cognominata. Coniungitur autem minori frigie ab occidente ab ortu zmirnam urbem habet quam ermes flumen tingit cuius campos pactulos et eius decurrunt arenis aureis ditissimum.

Pamphilia cilicie sociatur cuius urbes phaselis et similiter licaonia que a billa parte quibusdam galacie estimata est habet civitates xiiii. Ysauria ex situ loci prohibetur cognominata id est quod undique apta auram flatibus pateat metropolim urbem seleuciam habet. Cilicia a cilice quodam nomen traxit quem sicut fabule dicunt antiquiorem ione fuisse asseruerunt. Plurima iacet campis incipiens ab occiduo lichiam a meridie in fine cretiam a tergo montis tauri iuga haurit tigrum amnis interfluat intrinsecus urbem habet tarsum. Tirica et coriscus specus est unde croceus plurimus reperitur. Tamen vincit spiramine fragrancium odoris et colore plus auro. Licia nuncupata quod ab oriente adiuncta cilicie sit. Nam habet ab ortu ciliciam ab occasu et a meridie mare a septentrione cariam ibi est mons tymereus qui nocturnis estibus ignem exalat sicut in sicilia ethna et vesevius in campania. lxxi De europa et eius regionibus

Post asiam quippe ad europam stilum vertendum est. Europa quippe agenoris libie regis filia fuit quam iovis ab affrica raptam cretam advexit et partem eciam orbis ex eius nomine appellavit. Incipit a flumine tanay descendens usque ad occeanum per septentrionalem occeanum usque ad fines hispanie cuius pars orientalis et meridiana

a ponto consurgens tota mari magno cingitur et in insulas Gades finitur.
Prima Europe regio est Sithia inferior que a Meotidis paludibus incipiens
inter Danubium et occeanum septentrionalem usque ad Germaniam porrigitur. que
terra generaliter propter barbaras gentes quibus inhabitatur barbarica dicitur. Huius pars prima
est Alania que ad Meotidas paludes pertingit. post hanc Dacia ubi et
Gothia. deinde Germania ubi plurimam partem Suevi incolunt. Germania post
Sithiam inferiorem a Danubio inter Renum flumen et occeanum que conclusa
tingitur a septentrione occasu occeano ab ortu vero Danubio ab austro Reno
flumine dividitur. terra dives virum ac populis numerosis et immanibus. unde
et propter fecunditatem gignendorum populorum Germania dicta est et gignit aves Hyrcanias
quarum penne nocte relucent [illegible] quorum feras et uros atque
alces generat. et emittit et gemmas cristallum et sucinum callaicum quoque
viridem et ceraunium candidum. Due autem sunt Germanie. Superior iuxta septentrionalem
occeanum. Inferior circa Renum. provincie autem sunt quas Danubius a barbarico
a mediterraneum mare secludit. Prima est Mesia a messium proventu
nominata. unde et eam veteres Cereris horreum appellabant. Hec autem ab oriente ostiis
Danubii iungitur ab euro vero Tracie a meridie Macedonie ab occasu Ystrie
copulatur. post hanc Mesiam que Pannonia est inde Noricus ac frigidus
et parum fructuosus. post quam Recia fertilis frugibus. Tiras qui conscripsit Gal-
liam Belgicam [illegible] Tiras Iapheth filius nomen dedisse
perhibetur. alia a Senicia incolarum Traciam appellatam dixerunt. hinc ab ori-
ente Propontis et urbs Constantinopolitana opposita est a septentrione ubi Ystri
abscinditur a meridie Egeo mari adheret ab occasu Macedonia illi
subiacet. cuius regionem olim diversarum gentium populi incoluerunt Gothe
Sarmathe Scite et alie plurime nationes incoluerunt. ampla est enim
ideoque plurimas continet gentes. Ebrum flumen Tracia fundit
qui eciam gentes barbarorum plurimas tangit. lxxv De grecia provincia

Grecia a Greco rege dicta est qui eciam illam regionem incoluit.
Sunt autem provincie Grecie vii. quarum prima est ab occidente Dalmacia
ab inde Epirus. deinde Elladis. inde Thessalia. inde Macedonia.
inde Achaia et due in mari Creta et Cyclades. Illiricus autem generaliter
omnis Grecia est. Dalmacia a Delmi maxima eiusdem provincie civitate
traxisse nomen existimatur. Adheret autem ab oriente Macedonie a septentrione
Mesie. ab occasu Ystria terminatur. a meridie vero Adriatico sinu
clauditur. Epirus a Pirro Achillis filio dicitur. cuius pars Caonia que ante
Molossia dicta est a Molosso filio Pirri quem de Andromacha habuit.
Sed postquam occisus est Pirrus orestis insidiis Andromacham He-
lenus suscepit. Tenuitque regnum privigni qui successit Pirro a quo
Molossia dicta est pars Epiri quam Helenus postea a fratre Caone quem
in venatu per ignorantiam dicitur occidisse Caoniam nominavit quasi ad solacium
fratris extincti. Ellada dicta est a rege Ellana Deucalionis et Pirre filio
a quo et primum Greci Hellenes nuncupati sunt. Ipsa est et Attica terra
a Cranao prius dicta. a Cranao quidem Grecie indigena fuit cuius
filia Attis nomine Attica terra vocata est. Hec inter Macedoniam et Achai-
am media iacet Archadie a septentrionali parte coniuncta. Ipsa est et vera
Grecia ubi fuit Athenas civitas mater liberalium litterarum et philosophorum nutrix
qua nichil habuit Grecia clarius atque nobilius. In ea est et Marato-
nius campus opinione quondam prelii notissimus. Ellados

aut due sunt provincie boetia et peloponensus. Boetia autem dicta est ex hoc. Cum
cathmus agenoris filius europam sororem a iove raptam ex precepto
genitoris quereret nec reperiret patris iram formidans exilium elegit. Qui cum
nam bovis forte conspecte secutus vestigia amplexus est solum in quo recubu-
erat illa. Sicque locum de nomine bovis boetiam nominavit. Ibi thebas
urbem construxit in qua olim civilia bella descenderunt. Ibi nati sunt
apollo et hercules. Indidem ille thebanus cadmus. Ibi est aonia vocata a fonte
quodam appollinis et musis consecrato qui in eadem boetia est. Peloponensus
nomen suum sumpsit a pelope rege attice vocata est. lxxxiii De eodem

Thessalia a thessalo rege dicta est que ad meridianam plagam macedonie
coniuncta est cuius a tergo pieria est. Multa sunt in thessalia flumina et oppida
inter que precipue thessalonica. Ibi est et mons parnasus quondam appollini
consecratus. Thessalia patria achillis et origo lapitharum fuit. De quibus fertur
quod hii primo equos frenis domuerint. Unde et centauri dicti sunt. In thessalia
primum solidi auri facti sunt. Domandorum quoque equorum usus primum repertus
est. Macedonia in exordiis ab emathio rege emathie nomen erat. Postmodum a ma-
cedone deucalionis maternus nepos per quem est recepta principatu mutato voca-
bulum macedoniam a suo nomine dixit. Est autem confinis ab oriente egeo
mari a meridie achaie ab occasu dalmatie a septentrione mesie patria
alexandri magni a regio auri venis et argentique optima lapidem
que pirite vocant ista gignit mons olimpus in ea est que excellenti
vertice tantum attollitur ut in cacumine eius aut nubes aut venti sentian-
tur. Achaia ab acheo rege et urbs et provincia appellata est que pene insula
est. Nam absque septentrionali parte qua macedonie iungitur undique cepta est
mari ab oriente. Habet mirteum mare ab euro pe creticum a meridie ionium
ab affrica et occasu cassiopas insulas a sola septentrionali parte macedonie
vel attice terre adiungitur. Huius caput est urbs corinthus grecie decus in ysthmo
achaie. Sequitur archadia. Archadia vero sinus achaie est ut platani folium inter
ionium et egeum mare ab euro opposita. Quam archas iovis et calistone fi-
lius pelasgis in dicionem redactis ex suo nomine archadiam nuncupavit. Hec prius
est et siconia a sicione rege a quo regnum sicioniorum est dictum. Est autem
archadia fluminum magnitudine commendata. Ab eston quod lapidem qui se-
mel accensus nunquam extinguitur. Candidissime etiam merule ibi nascuntur.
lxxxiiii De ceteris provinciis cum europe rubrica

Pannonia ab alpibus appenninis dicta est quibus ab ytalia secernitur. Regio
fortis et solo leta duobus fortibus acribus fluviis dravo savoque valla-
ta est. Iungitur autem norico et retia habens ab oriente mesiam ab euro
histriam ab affrico vero alpes appenninas habens ab occasu galliam belgi-
cam a septentrione danubii fontem vel limitem qui germaniam galliam-
que secernit. Historiam hister amnis vocavit qui eius terram influit. Ipse est
danubius. Est autem histria a septentrione pannoniam. Ytalia olim a grecis populis
occupata magna grecia appellata est. Deinde a regis nomine saturnia
mox et latium dicta eo quod ibi saturnus a iove sedibus suis pulsus ibi la-
tuit. Postremo ab ytalo siculo rege ibi regnante ytalia nuncupata est. Cuius
situs longitudine amplius quam latitudine dispositus. In euro extenditur
a meridie tyrreno mari ab aquilone adriatico clauditur. Ab occasu alpium
iugis finitur. Terra omnibus in rebus pulcherrima soli fertilitate pabuli uber-
tate gratissima. Habet lacus venacum avernum atque lucrinum. Fluvios eridanum
tyberim et tepentes fontibus baias. Gignit gemmas lincurium corallium
et ligurium boa quorum serpentum lincemque feram et diomedias aves.
Ytalia et hyspania ideo hesperie dicte sunt quod grece hespere stella navigent
in ytaliam et in yspaniam que hac vero distinctione ulteriorem

ditis et significat Yspaniam que [illegible] est fine. Tuscia pars est Ytalie. Um-
bria non pars Tuscie. Umbria vero ut historie narrant ab eo dicta quod tempore aquo-
se cladis ymbribus superfuit et ob hoc Umbria greco cognominata est. In ymis
Appennini sita montis in parte Ytalie versus meridiem. Etruria pars est Ytalie
dicta quod eius fines tendebantur usque ad ripam Tyberis quasi alterius [illegible]. Et dicitur
alterius sicut alterius partis fines notantur. Rome namque fines [illegible]
Tyberis ripa tenebantur. Hec et Tuscia. Tuscia a frequencia sacrificii et thuris
dicta est, a [illegible] et [illegible] dicunt esse neptunum. Apulia
dicta est a [illegible] qua [illegible] Diomedem [illegible] condiderunt ta-
men in Brundisium quam Ethali [illegible] [illegible] atque estate [illegible]
pania provincia Ytalie [illegible] yeme [illegible] atque estate [illegible]
et sol ubi [illegible] grata temperies aer [illegible] et blandus. Capitulum lxxvi. [Adhuc de eodem]

Gallia dicta est a candore populi. Gala namque grece lac dicitur. [illegible]
montes namque et rigor celi ab ea parte solis ardorem excludunt quo fit
ut candor corporum non coloretur. Hanc ab oriente Alpium iuga tuentur,
ab occasu occeanus includit, a meridie prerupta Pyrenei, a septentrione
Reni fluenta atque Germania. Cuius inicium Belgica, finis Aquitania est. Re-
gio est gleba uberi ac pabulosa et ad usum animancium apta, fluminibus quoque
ac fontibus irrigua, circumfusa duobus magnis rivis Rodano flumine.
Belgis autem civitas Gallie a qua Belgica provincia dicta est. Cisalpina
quia citra Alpes, Transalpina id est trans Alpes, versus septentrionem [illegible]
[illegible] [illegible] Aquitania ab obliquis aquis Ligeris fluminis est
appellata qui ex plurima parte terminus eius [illegible] [illegible] cingit.

Hyspania non prius ab Ymbrio amne Ymbrie nuncupata, postea ab
Yspano Yspania cognominata est. Ipsa est et vera Esperia ab Hespero stella occi-
duali dicta. Sita est autem inter Affricam et Galliam a septentrione Pireneis montibus
clausa, a reliquis partibus undique mari conclusa, salubritate celi equalis,
omni frugum genere fecunda, gemmarum metallorumque copiis ditissima.
Influunt eam flumina magna [illegible] Betis [illegible] aurum trahens
ut Pactolus. [illegible] provincias vi. Terraconensem, Carthaginensem, Baeticam,
Galliciam, Lusitaniam et trans freta in regione Affrice Tingitaniam. Due
sunt autem Hyspanie: Citerior que in [illegible] plaga a Pireneis usque
ad Carthaginem porrigitur, ulterior que in meridiem a Celtiberis usque ad Ga-
ditanum fretum extenditur. Capitulum lxxvi. De Affrica et de regionibus eius.

Affricam autem nominatam quidam inde existimant quasi apricam quod sit
aperta celo vel soli et sine horrore frigoris. Affricam alii dicunt appel-
lari ab uno ex posteris Abrahe de Cetura qui vocatus est Affer, de quo
supra meminimus. Incipit autem a finibus Egipti pergens iuxta meridiem per
Ethiopiam usque ad Athlantem montem, a septentrionali vero parte Mediterra-
neo mari coniuncta clauditur et in Gaditano freto finitur. Habens
provincias Libiam Cirenensem, Pentapolim, Tripolim, Bizancium, Cartagi-
nem, Numidiam, Mauritaniam, Tingitaniam, circa solis ardorem Ethiopiam.
Libia Cirenensis in parte Affrice prima est a Cyrene urbe metropoli
que est in eius finibus nuncupata. Hec ab oriente Egyptus est, ab occa-
su Syrtes maiores et Trogodite, a septentrione mare Libicum, a meridie
Ethyopia et barbarorum varie naciones et solitudines inaccessibiles
que eciam basiliscos serpentes creant. Pentapolis greca lingua a v.
urbibus est nuncupata, id est a Bernice, Cirene, civitate Apolonia, Ptholo-
maida, ex quibus Ptholomaida et Bernice a regibus nominate
sunt. Est autem Pentapolis Libie Cyrenensi adiuncta et eius finibus
deputata. Tripolitana quoque provincia greci lingua sua signant
de nomine trium magnarum urbium, id est Sabrata, Leptis magna, [illegible]

hec ab oriente sirtes maiores et trogloditas a septentrione mare adria-
ticum ab occasu bizancium a meridie getulos et garamantes usque
ad occeanum ethyopicum pertendentes. Bizacena regio cuius urbes
nobilissimis oppidis nomen sortita est ex quibus una adrumetus
nominatur hec sub tripoli est patens passuum ducenta vel amplius
milia fecunda oleis et glebis ita pinguis ut iacti in semine
incrementa pene centesima fruge renascantur. Zeugis ubi car-
thago magna ipsa est et vera affrica inter bizancium et numidiam
sita a septentrione mari siculo iuncta et a meridie usque ad getulorum
regiones porrecta cuius proxima queque frugifera sunt et ulteriora be-
stiis et serpentibus plena atque onagris magnis in deserto vagan-
tibus. Getulia est affrica pars mediterranea. Numidia ab incolis
passim vagantibus sic est vocata quod nullam certam haberent sedem. Nam
lingua eorum incerte sedes et vage numidie dicuntur. Incipit autem
a flumine amsaga et in tingitanum limite desinit habens ab oriente
sirtes minores a septentrione mare quod tendit ad insulam sardiniam ab
occasu mauritaniam sitifensem a meridie ethiopum regio campis
pinguibus in autem silvestris feras educit in ardua equos et onagros
prestat eximio etiam marmore predicatur quod numidicum dicitur habet autem
urbes precipuas yppone regium et rusicada. lxxxvi capitulum de eadem

Maurum greci nigrum vocant sicut ergo gallia a candore sic ita mau-
ritaniam nigrore nomen sortita est cuius prima provincia mauri-
tania sitifensis est quam sitifi habent oppidum a quo et nomen traxisse regio
perhibetur. Mauritania vero cesariensis colonie cesaree civitas fuit et nomen
provincie ex eo datum utraque vero provincie est iuncte ab oriente numidiam habent
a septentrione mare magnum ab occasu flumen malua a meridie montem astri
xim qui distinguit inter fecundam terram et harenas iacentes usque ad occeanum.
Mauritania tingitana metropolitana huius provincie civitate vocata est. Hec
ultima affrice assurgit a montibus vii. habens ab oriente flumen malua
a septentrione fretum gaditanum ab occasu occeanum athlanticum a meridie gaulo-
lum gentes usque ad occeanum hesperium pervenientes regio gignens feras simi-
as et dracones et strutiones olim etiam elephantis plena fuit quos sola
nunc india parturit. Garamantis regionis caput garama oppidum est sita
est autem inter cirenensem et ethyopiam ubi est fons qui friget calore diei et
calet frigore noctis. Ethyopia dicta est a calore populorum quos solis vicini-
tas torret. Denique vim sideris prodit hominum color est enim ibi iugis estus.
Nam quicquid eius est sub meridiano cardine est. que circa occidentem autem montuo-
sa est harenosa in medio ad orientalem vero plagam deserta cuius situs
ab occidente athlantis montis ad orientem usque in egypti fines porri-
gitur a meridie occeano a septentrione nilo flumine clauditur. plurimas habens gen-
tes diverso vultu et monstruosa specie horribiles ferarum quoque et serpentium
referta est multitudine. illic quippe rinoceros bestia et camelopardus
basiliscus dracones ingentes ex quorum cerebro gemme extra-
huntur. Iacinctus et crisoprassus ibi reperiuntur. cinamomum ibi colligitur.
Due sunt autem ethiopie una circa ortum solis alia circa occasum in
mauritania extra tres autem partes orbis quarta est pars trans occeanum interio-
re in meridie que solis ardore incognita nobis est in cuius finibus an-
tipodes fabulose inhabitare produntur. Prima autem hyspanie. mauritania
est deinde numidia inde regio carthaginensis post quam getuliam acci-
pimus post eam ethiopiam inde loca exusta solis ardoribus.
lxxxvii. De insulis occeani quo cingitur orbis etc.

Insule dicte sunt eo quod in salo sint i. in mari ex hiis quorum notissime
et maxime quas plurimi veterum soliciti studiis indagaverunt. Notande sunt
et Britania occeani insula in tercio situs mal toto orbe diffusa notabilis
sue gentis cognominata est. hec adversa Galliarum parte ad prospectum Hyspanie sita
est. circuitus eius quadragies octies septuaginta v milia. multa et magna
flumina infra fontes calidi et metallorum copia et larga et varia gaga
tes lapis ibi plurimus et margarite. Thanatos insula occeani fre
to gallico a Britania est varia terrarum separata frugiferis campis et
gleba uberi dicta est autem Thanatos a morte serpentum quos cum ipsa nesciat
asportata inde terra quocumque gentium vecta sit angues illico perimit. Tyle
ultima est insula occeani inter septentrionalem et occidentalem plagam
ultra Britaniam a sole nomen habens quia in ea estivum solsticium sol fa
cit et continuus in ea solsticiali tempore brumalisque nox perhennis exigitur
ultra quam navigacione innuitur dici pigrum et concretum esse mare. Solis
tylos Indie insula est. ea fert palmas olivam creat vineis habun
dat. terras omnes hoc miraculo sola vincit quod quecumque in ea nascitur
arbor numquam caret foliis. ibi mons Caucasus qui maximus orbis per
petuis nivibus penetrat fronte qua soli obversus est arbores piperis
creat quas ad iuniperi similitudinem dicunt fructus eorum asseverant qui
pene ne immaturi concipiunt dicunt piper album rugosum autem nigrum et
torridum color fecit non natura trahunt de colore. Ysidorus Orcades insule
occeani intra Britaniam posite numero xxxiii quarum xx deserte sunt
xiii coluntur. Scotia eadem et Ybernia proxima Britanie insula spa
cio terrarum angustior. Sed situ fecundior hec ab Affrico in boream por
rigitur cuius partes priores in Yberniam et Cantabricum occeanum intendunt
unde et Ybernia dicta est. Scotia autem quod a Scotorum gentibus colitur appellata
illic nulla anguis avis rara apis nulla adeo ut advectos pulveres
vel lapillos inde alibi sparserit inter alvearia examina favos de
serant. Gaddis insula in fine Betice provincie sita que dividit
Europam ab Affrica in qua Herculis columpne visuntur et inde
Tirreni maris faucibus occeani estus immittitur. Est autem a continenti
terra cxx passibus divisa quam Tyri a rubro mari profecti occupan
tes lingua sua Gadir id est septam nominaverunt eo quod circumsepta sit ma
ri. nascitur in ea arbor similis palme cuius gummis inspectus vitro cera
unina gemmam reddit. lxxix ~~De eodem rubrica~~

Fortunate insule que se notabiliter signant omnia ferre bona quasi
felices et beate fructuum ubertate sua natura apte autem preciosarum poma
silvarum parturiunt fetibus vitium iuga collium vestiuntur ad herbarum
vicem messis et olus vulgo est. unde gentilium error et secularium
carmina poetarum propter soli fecunditatem easdem esse paradisum putaverunt.
Harum prima Ombrion dicitur secunda Iunoniam tertia quarta Capraria
alia Nivaria que aere nebuloso et gelido est. mox Canaria
canibus in immense magnitudinis plena omnes amnibus plene nemoro
se palmifere nucis pinee mellis copia alibique fluminibus ac pi
scibus habundantes site sunt in occeano contra levam Mauritanie
inter meridiem occasumque occidue proxime et inter se interiecto ma
ri disiuncte. Gorgodes insule sunt occeani obverse promontorio quod
vocatur Hesperaceras quas incoluere Gorgones femine aliti perni
citate hirsuto et aspero corpore et ex hiis insule cognominate. di
stant autem a continenti terra bidui navigacione. Esperidum insule

Ysidorus 2^a

Vocate sunt a civitate oppida que sunt in finibus mauritanie. Sunt in
ultra gorgodes site sub athalanteo littus in intimos sinus maris
in quarum ortis fingunt fabule draconem pervigilem aurea mala
servantem. Fertur enim ex maris estu adeo sinuosis labilibus tortuosum
ut inspicientibus quasi lapsus anguis imitetur. Crise et argire sunt
insule in indico oceano site adeo fecunde copia metallorum ut plerique
eas auream superficiem et argenteam habere prodiderunt. unde et vocabula
sortite sunt. Taprobana insula est indie subiacens ad eurum, quam
oceanus indicus in apertum patens in longitudine octingentorum lxxv
milibus passuum in latitudine dicitur xxv milibus stadiorum scinditur
amne interfluo tota margaritis repleta. Gemmis pars eius be-
stijs et elephantis repleta est. plerique ubi homines tenent homines autem
ibi grandiores ultra omnem mensuram humanam tamen omnes ... ocius
et habitavit in Damasco. Illic ingruescente fame descendit in Egyptum
timensque mortem propter Egipciorum libidinem et Sarre pulchritudinem dixit eam
esse sibi sororem et tacuit uxorem ut se a morte eriperet et illius
pudiciciam deo committeret. Verum et illa in domo pharaonis sublata dum appeti-
tur desiderium eius egritudine et tumultu causarum cassatur sacerdotes cognita
causa per dei providenciam evasere. Postea Abraham egressus dives in
aere et famulis et iumentis partitaque terra cum Loth ex occasione ei concessa per
pastores qui rixabantur. Postquam autem habitaret in valle Mambre au-
dita victoria iiii regum de Sodomitis irruit super eos cum expeditis
suis cccxviii vernaculis et Loth pluribusque et totam predam reduxit. Quam
gratis restituens nichil inde sibi pro victoria retinere acquievit. Cui sacerdos
dei Melchisedech occurrens panem et vinum ei in ministerio obtulit signans
scilicet Aaron sacerdotem legis vel etiam Christum summum et verum sacerdotem ex eo nasci-
turum qui pro nobis seipsum obtulit. Ipse quoque Melchisedech typum Christi pre-
tendit qui carnem suam et sanguinem in specie panis et vini discipulis dedit.
Quem et Abraham in typo Christi benedixit. Et Abraham ei decimas omnium spoliorum
obtulit et hic primo decime leguntur date, ab Abel vero primicie. Hunc
Melchisedech aiunt Hebrei Sem primogenitum Noe fuisse et omnes primo-
genitos ante usque ad Aaron sacerdotes extitisse qui et in conviviis et
oblacionibus populo benedicebant et primogenita habebant, id est dignitates quasdam
ad primogenitos pertinentes, scilicet vestem sacerdotalem qua induebantur cum quasi ce-
lebs pontifex sacrificia deo offerebat et quod finalem benediccionem
a patre recepturus erat. Ipse etiam in sollempnitatibus et conviviis ut dominus
ceteris in moribus benedicebat et in ferculis duplicem ceterorum porcionem recipiebat.
Traditur etiam quod in divisione hereditatis similiter duplum accipiebat.
Ab hac quoque victoria quam dicta pro remissione captivorum traditur
iubileum habuisse inicium. Abraham pro inflammacione sacrificii divinitus

signo accepto de promissione adimplenda. Primo quidem suscepit filium de an-
cilla postea vero certam promissionem seminis de libera. mutatione quoque sui nominis
et caracterem circumcisionis. Cap. L. De signo exhibite promissionis et causa institu-
Huius instituende multiplex fuit causa sicut per ordinem. de circumcisione
Primo ut mandati obedientia placeret Abraham deo cuius prevaricatione displicu-
erat Adam. Item ut hoc signo dei populus distingueretur a ceteris nationibus.
Item ut in eo membro circumcideretur quo libido dominari solet impudiciciam
sibi recidendam esse cognosceret. Item ut esset insignum magne fidei patris
ad imitandum filiis. Item ut esset signum federis et amoris inter Abraham
vel semen eius et deum sicut stola xpi inter nos et ipsum. Item ut esset
eis insignum originalis peccati sicut canticum latini. Item ut esset in remedium
contra idem originale peccatum. Item non conferebat hebreis quod baptismus confert
gratiam adiutricem operis sed dimissionem non gratiam adaugere. Ceterum ante circumcisionem
vero iustificati sunt parvuli eorum in fide parentum, parentes autem pluribus sacri-
ficiis id est fide passionis xpi quam in illis sacrificiis intelligebant. Femine
vero que fuerunt post Abraham iustificate sunt per fidem et opera vel parentum
si parvule vel propriam si adulte. Ideo autem in tali membro facta est circumcisio
ut in quo primus Adam inobedientie culpam sensit in eo Abraham obedientie
signum acciperet. Item quia in eo luxuria viget quam amovendi opus.
Item ut in eo per quod propagatur originale peccatum contra idem peteretur remedium.
fiebat autem octavo die et cultro lapideo ut legitur in Iosue quia in generali
resurrectione que futura est in octava seculi etate per petram omnis corruptio
abscidetur. alii dicunt et quia octava xpi resurrectionis que octava die facta est a cir-
cumcisione in eum credentes circumcidit. apud nos due sunt res huius sacramenti
s. circumcisio cordis in presenti et circumcisio ab omni corruptione in futuro.
Cap. LI. De repromissione et pena sodomitarum.

Iterum dominus Abrahe per subiectam angelicam creaturam apparuit filium de
Sara repromisit eiusque hesitantem redarguit pentapolim subvertit et
Loth precibus Abrahe liberavit et ut ait glossa qualitate ultionis expres-
sit maculam sceleris. Nam quia sodomite fetore et ardore luxurie
computruerunt merito sulphure et igne perierunt. Et non tantum hec sed pro peccato
tam et culpam et penam. Iuxta quod sicut v. que tanguntur in Ezechiele s.
saturitas superbia [illegible]. In culpa fuerunt vii. parium [illegible] quibus
reddunt alia vii. in pena. Item in culpa fuit corruptio nature
que ordinatur in clamore sicut quod defloratur clamat ut legitur. acomu-
tatione [illegible] et [illegible] factus est ille lacus versus in lacum salsum
et silentem qui dicitur mare mortuum quia gerit nullum aliorum vel animalium
pisces in eo vivunt. Natura vero patitur nisi forte tota supernatet vel
nisi bituminatam per homines intus vincitis si quid vivum aliquid ante
in inferius semper expellit lucerna ardens supernatat extincta mergitur
multis locis nigras glebas bituminis vomit dicitur et quod poma nata
in arboribus circumpositis usque ad maturitatem coloris sunt viridi maturas
si incidas favillas intus invenies. Unde Iosephus ait fabulantur
Sodomorum fidem hec. Item fuit in eis libertas et impudentia peccandi
pro qua facti sunt omnibus exemplum eterni supplicii. Item sterilitas generationis
et hoc non totum nisi potuit generari cui reddit in pena sterilitas regionis loci
qui nichil omnino gignit. Item ardor desiderii plus non separatis dum
[illegible] huius homines quam etiam in mulieribus. Cui in pena reddit ar-
dor ignis. Item fetor carnis omnis non luxuria et ista maxime
cum est fetoris cui reddit in pena fetor sulphuris. Item tenacitas

Voluptates quibus homines in summa turpitudine inebriatos nisi numquam
evaluerunt sunt cum exarsit gleba bituminis qua ipse locus lacus asphaltie
nomen. Item stagnum quo inficitur aer et inhabitandi cohabitatio vi-
tanda et maxime societas eius. Hinc videt in pena quod tota terra
regio simul cum illis urbibus est subversa quia mala vicinitate infecta
subiacet a deo et parvulos opprimit pluvia et hoc eis pie providens ne
diutius vivendo sequerentur exempla parentum et ut ait Augustinus et alibi
bonum vero non est cui gloriosus non est propter [illegible] pauperem non esse
qui vero est non potest. Hinc autem colligitur pena parvulorum est mitis-
sima. Solam visionis divine carentiam meretur. Non est sic esse
quam dico non est qui ut ait Augustinus [illegible] et cetera. Uxor autem Loth
retro respiciens in statuam salis versa perit. Ipse quorum Loth licet pa-
tronus sodomorum dicatur. iustus tamen in hoc peccavit quia filias suas
sodomitis exposuit flagicium flagicio volens commutare pictorissime
siquidem ut ait Augustinus ad [illegible] compensatio talis ut faciamus
mala ne fiant ab aliis graviora. Item quia angelo de salute in
monte vel in Segor promittenti non credidit et quia se inebriavit et in-
cestum commisit. Ex hystoria scolastica. Abraham peregrinatus in Geraris Sa-
ram iterum ut sororem habens similia prioribus simulavit geminumque
periculum per dei providentiam evasit. ¶ xvii. De ortu ysaac et temptatione

ex hysto. sc.

Primo cum esset annorum C. corpusque iam valde suo emortuo
Abraham ad generandum Sara non solum et nonagenaria ex re-
promissione natus est eis ysaac anno [illegible] circumcisionis
secundo ab ortu Ismaelis xiiii. ab initio vero mundi [illegible] et xlviii. ysaac
ablactato Ismahelem inuit cum eo ludente abraham cum matre simul eiecit
quem generatio abrahe deus custodiens multiplicat et xii duces tribuum
generavit. Post hec obedientiam et fidem abrahe deus non quod nesciret. Sed ut
ad exemplum innotesceret in filio unigenito suo dilecto temptavit qui
indubitanter deo utrumque [illegible] mactare voluit utrosque
laudandus et in constantia ostendit et in fide filii de quo promissionem acce-
perat suscitandi. Nec tamen filium credidit quia non simpliciter cum suscitandum
Sed subiugat [illegible] ipsum immolaret. [illegible] quod dicit deus
providebit sibi victimam quod [illegible] Origenes super genesim omelia viii.

orig. s. gen. omelia viii.

Tolle inquit filium tuum unigenitum quem diligis ysaac [illegible]
dulcibus appellationibus [illegible] at sepe repetitis patris suscitantur affectus ut
amoris vigilante memoria ad immolandum filium paterna dextera retar-
detur et adversum fidem animi tota carnis militia repugnet. Et quia
dominum [illegible] in ysaac vocabitur tibi semen sit [illegible] et memoria patris ut et
promissionis que sub hoc nomine facte sunt desperatio subeat. Sed hec
omnia que temptabat deus abraham. Et post pauca [illegible] augustinum autem
[illegible] quo sunt temptationis augmenta
quibus non dicitur ei quod filium offerat de inde ut in monte ascendat non ergo
ut dum iter agat per totam viam dissipatum cogitationibus ut hinc
urgente precepto hinc vero [illegible] affectu obluctante cruciaretur. Propter
hoc et via iniungitur et montis ascensio ut in hiis omnibus spatium
certaminis accipiat affectus et fides amor dei et amor carnis gratia
presentium et expectatio futurorum. Die autem tercio vidit locum procul sapiens et [illegible]
lux temptantis intueor sit in proximo non esset mons [illegible] Sed
iter protenditur quo [illegible] paterna [illegible] cruciatur ut dum
hoc spatio tam prolixo intuetur filium pater cibum cum eo sumeret

Tot noctibus in amplexibus puer patris pendet pectori inhereret in gremio cu-
bitaret ego inquit compuer. Item glosa adde v. a. n. dic michi abraham verum
dicis an fallis si verum ut facies puerum holocaustum si fallis tamen per
abraham non deus fallitur. verum inquit dico et holocaustum puerum offeres et deus ipse
ad nos reddet credo enim quod et a mortuis potens est deus suscitare. per mi-
nus quos putas immolandum filium ysaac decorum viscera patris congessi-
runt ne alicui enim certum historica narracione tamen animi robur
latuerint ut est forte amitteret filium morte quod et omnibus debita est si sic
venturus et dilectus abraham sibi in celo adduceret et magnanimitatem eius ante
oculos ponat. Comestor. Refert autem iosephus libro primo antiquitatum dicentes
quia sicut de voluntate dei ingressus fuerat mundum mirabiliter ita volun-
tate dei nunc vult ei mundum egredi mirabiliter. quo deus eum dignum iudi-
casset non egritudine non bello non aliqua passione humana vitam finire
sed cum oracionibus et sacrificiis spiritum eius ad se vocare et quod sustitare
cum ob implendas promissiones sic ysaac libens accessit ad aram
et ad mortem. Textus. De spelunca duplici de sara et rebecca et ...

Abraham vero mortua sara agrum ephron comparavit ad sepultu-
ram cum spelunca duplici in qua sepulti erant parentes primi
in quo contractu sedem ... ephron petivit quia ius sepulcri quod
prius contractus gessisset pecunia precio victus erat vendidit. Iosephus non eius
mutatum dicit. Et abraham non respondit quia spelunca non emit
Sed agrum in quo erat spelunca sicut non petivit qui emit fundum
in quo sita est ecclesia. Non enim proprie speluncam tantum agrum emit nec
emit ius sepulcri. Sed agrum. Adiungit omnibus abraham misso
in mesopotamia eliezer rebeccam de genere suo adductam filio suo y-
2 saac quadragenario desponsat. ipse quoque aliam uxorem cethuram
duxit de qua filios suscepit et separavit eos ab ysaac omnem quidem
possessionem suam ysaac ut heredi dedit. at ceteris munera tribuit. ysa-
ac in gerariis peregrinatus ibique in opibus multiplicatus fedus cum abi-
melech iurando firmavit in eo dum se committeret que ipsi suo
promisit audivit rebecca longo tempore sterilis orante pro ea ysaac ut
impleretur promissio tandem geminos concepit quorum mutua collisio
multa afflictionis cruciatus sustinuit consultoque deo ...
plures gentes nascituros duos vincto gemina plerique credit primo egressus
est esau seyr quia pilosus erat alter vero iacob quia fratrem supplantabit

Lex. Ortu regni argivorum et primogenita iacob et l. ...

Sexagenarius erat ysaac quando nati sunt ei gemini. Sub anno etatis
tercie c. lx. mundi vero iiij^m. c. viij. inachus sub anno regnum argivorum
sortitus est sub quo natum est primo rege et duravit per reges xiiij. usque ad
tempus iudicum scilicet barach et delbore tunc perseus acrisio non sponte inter-
2 fecto timens reliquit arges et transtulit regnum in micenas propterea
illic regnaverunt tunc tertius. atreus. tyestes. agamenon. egystus orestes
tysamenus etc. Esau fame laborante iacob emit suam primogenituram
cibo lenticule. Tunc scilicet primogenitura ius consistebat in v. scilicet in veste sacer-
dotali et in sacrificiis offerendis in finali benedictione patris suscipienda in
benedictione qua in sollempnitatibus reginnis benedicebat in duplo portione
susceptione in hereditate quod due aliorum erant. Et cet pretat. iacob fratrem esurien-
tem non reficere gratis cum eo non posset quia laborabat ille sicut
est vicio gule nam nunc vitat. Sed nunc ius primogenitura tunc sit

spirituale quid dicendus est emisse ipse. Sed potius redemisse quam venalatum
ei fuerit quod sibi deberetur et sic uterque ius suum redimere sicut Elias ius
decimarum quia sibi debentur. Alii tamen dicunt quod ius primogeniture
non erat spirituale. Sed annexum erat ei spirituale scilicet ius benedicendi quod tunc
tunc precepta sed inspiratus ad necessarium fundo tunc est ei eo simili ergo licet
postmodum pertinet quod benedictionem primogeniti non quibus fraudem accepit.
Sed quamvis sibi debitam accepit quam a fratre comparavit ei. Ille dixit patri
se esse Esau quia Esau erat ipse non persona. Sed primogeniture dignitate
sed Johannes Helias non erat sed virtute Helie. Et aut non secundum intentionem
patris que ad Esau erat. Sed secundum virtute verborum que proferebat sed ipse ut
ordinat alicui que putat suum et ut est ordinatus. His tamen loquente
Esau comparavit ut fiat ita ut quedam extasis sequeretur. unde a domino
hoc fieri ex videt et significatione pie fraudis intellexit. Ideoque non
irascens sed confirmans quod fecerat ait: Venit germanus tuus fraude.

Cx. De peregrinatione iacob et filiis eius de phoroneo et apide.

Esau itaque emulante iacob de benedictione accepta iacob de consilio
matris ad laban confugit. Itinere dormiens scalam ad celum erec-
tam vidit cuius summitati dominum innitentem. Sibique terram et benedictionem
seminis promittere audivit. procedens inde in Syriam ad laban xiiii annis
pro duabus filiabus eius servivit. Ex quibus et ancillis earum xii filios su-
scepit. Ex lya ruben, symeon, levi, iudam, ysachar, zabulon, filiam
quoque dinam. Ex ancilla vero illius zelpha, gad et asser. De ancilla
quoque rachel bala dan, Neptalim. Ex rachel ioseph et beniamin.
His temporibus phoroneus inachi et niobes primus grecis leges dedit et sub
iudicibus causas agi instituit locumque iudicii destinatum forum a suo no-
mine appellavit. Sed Apis rex argivorum in egyptum navigavit et quosdam
apices litterarum egyptiis dedit de agricultura et alia multa docuit eos. hunc
autem vero dictum Apis [illegible] quod in lingua eorum sonat taurum et
ob hoc post mortem suam dictus in egypto receptus est. Filius etiam
phoronei qui Apis dicitur est eodem tempore in egyptum navigavit. Et ue
quidam [illegible] Apidem fuisse tradunt et simul ab egyptiis deificatus est
serapis nominatus. unde refert apud lactantium [illegible] ergo apparet quod
greci minima dixerunt precipuam. adeo sine presentem sicut quod similes
ei eius quia videbimus [illegible]. Nota [illegible] homines ratio fulgens
homini fuerit deos refrenat omnes mortales delectationes et eas coherce-
at ad validiorem modum meliora in posterioribus ordinata delectatione proponens.
Augustinus contra faustum. Cxi. Apologia contra fausti reprehensores patriarcharum.

Respondet [illegible] his qui vel temperantia sua audent preferre patribus vel
[illegible] quierunt [illegible]. Nota [illegible]
[illegible] lingua. Sed [illegible] fuisse
[illegible] totumque illud regnum gentis hebreorum magnum quid quia et
magni fuisse [illegible]. Similes aut sunt qui in magnis
ista reprehendunt pueris in scolis qui [illegible] didicerunt non
[illegible] esse [illegible] reprehendunt latine doc-
tissimum doctorem quia dixit [illegible] debuit [illegible]
[illegible] et quia noverunt religionis [illegible] dixit [illegible]
[illegible] religione [illegible] fortasse non absurde dicatur quod [illegible]
[illegible] distant stemmata et [illegible] doctorum [illegible] barba-
rissimis [illegible] figurata facta patriarcharum alibi [illegible]
[illegible] vel [illegible] contra legem eterna lex
eterna [illegible] divina vel voluntas dei ordinem naturalem observari iubens

perturbari vetans. Quaeramus nam igitur sit in homine naturalis ordo quaerendum. Con-
stat homo enim ex anima et corpore sed hoc et pecus. Nulli autem dubium est
animam corpori naturali ordine praeponendam. Verum animae hominis inest ratio quae
pecori non inest. Proinde sicut anima corpori ita ipsius animae ratio ceteris partibus
quas cum pecoribus quoque habet anima excellit. Inque ratione ipsa quae partim contempla-
tiva est partim activa procul dubio contemplatio praecellit. In hac est enim et imago
Dei qua per fidem ad speciem reformamur. Actio itaque rationalis contemplationi
debet obedire sive per fidem imperanti quamdiu peregrinamur a Domino sive
per speciem sicut erit quando similes ei erimus quia videbimus eum sicuti est. Frugi
hominis actio famulans homini servienti Deo refrenat omnes mortales
delectationes et eas cohibet ad naturalem modum meliora inferioribus ordinata
dilectione praeponens. Lxx. Apologia abrahe super concubitum ancille.

Videtur ergo illa lege consulta videamus quid peccaverit, id est contra legem hanc
fecerit pater quod cum ancilla concubuit. Lex vero illa aeterna conservans naturali ordini
consulens non ut satiandae libidini serviatur. Sed ut saluti generis prospi-
ciatur, ad plenum tantummodo propagandam mortalis carnis delectationem
ducatu dominante in concubitu relaxari sinit. Quod abraham ne ordine
turbans nec aliud in illo concubitu agebat nisi ut homo nasceretur neque Sara
sicut Faustus obicit contra conscientiam suam flagitio coniugis inservivit quo
ille suam libidinem turpi et illicita voluptate satiaret. Sed naturali ordine
filios volens seque sterilem sciens ancillae uteri fecunditatem et ius suum
in suam potestatem licita vindicavit non cedens viro concupiscenti sed iubens
obedienti. Cum enim in maritalibus actibus adhibeatur parem potestatibus mulier
viro debeat servitutem secundum suam apostolicam doctrinam in eius [illegible] rei
qua sexus uterque carnali forte distinguitur carnali commixtione
caruit similem in se habet potestatem et vir in uxorem et uxor in virum
corporis sui quam de se habere non poterat Sara de ancilla habere voluit ex qua
cum semine coniugis et de se si posset debebat. Neque quid hic facit muliebris
corporis viri carnali complexu tenetur zelavit. Vero potius prolis ne faceret
mente munere non potest propagandi voluntas pia fuit quia complexandi
voluntas libidinosa non fuit. Lxxi. Apologia abrahe de libado Ysaac uxoris suae.

Illud autem abrahae factum quo Faustus cum avaritiae et ventris causa dicat duobus
regibus Saram coniugem suam sororem mentitus lenocinio quod simile vi-
detur. Sed non valentibus cernere illius aeternae legis lumine apertis rectae sensa
dispensationis quibus constantia pertinacia videri potest et virtus fiduciae vitium putatur
audaciae et cetera simile obiciunt qui non recte agentibus aut ratione ca-
rentibus. Neque enim abraham flagitio consensit uxoris eius neque ven-
didit adulterium. Sed eam castam de casto corde sibi adhaerentem nullo modo
dubitans tacuit uxorem dixit sororem ne se occiso ab alienigenis
ac impiis captiva possideretur certus de Deo suo quia nihil eam tur-
pe pati sineret. Nec eum fides et spes fefellit. Nam Pharao territus monstris
multisque pro ea malis afflictus ubi eam uxorem eius esse didicit il-
libatam cum honore restituit. Abimelech autem admonitus in somnis. Si-
militer fecit. Dicat aliquis cur non per se ita de Deo suo praesumpsit abraham
ut fateri non timeret uxorem suam quia si interrogatus illam indi-
casset uxorem duas res committeret Deo tuendas. Sed et vitam suam et
uxoris pudicitiam pertinet autem ad sanam doctrinam quod hic ut faciat
homo non temptare Dominum Deum suum. Sine autem quod abraham ad istius fau-
stum calumniantem respondeam cadem etiam Ysaac contra simile obiectio va-
lebit. Si forte aliquis studiosus quaerit in tunc signum sacramento accipe-
dum sit quod rex alienigena vere veritatem viri sui coniuge tunc cognovit

qui enim cum illa ludentem vidit quod non cognovisset nisi cum coniuge
ille sic luderet quo cum ea que coniux non est ludere non decet. Sed cum su
iugati faciunt non maritus faciunt. Sed per david descendunt ii quodam
modo ad femine sexus infirmitatem ut aliquid blanda hillaritate vel dicant
vel faciant non enervantes. Sed temperantes virilem vigorem quod cum
ei que uxor non est qui dixerit aut fecerit turpis est. ¶ lxxiiii. Apo
logia iacob super multitudine uxorum | multe obierunt uxores qualiter plo
rem nec iacob quod pingenti tunc cautione purgatur. alia ii sunt ...
que usum alia quam mores alia quam precepta sunt igitur numquam quantas non lasciviendi sed
gignendi causa illis esse dixerit. Cum mos ille tempore atque nullius terre fuit consuetas
dari. et propterea nulla lege prohibebatur. Nunc non licet est si quis hoc faciat ...
quia moribus et legibus est contrarium. Sed indulgentia ... temperantibus non alios quorum
animi ... capere posse non potest. Sed pauci dicit apostolus principes ...
non attingunt. Atque ... adeam non solum generande officio
... attendunt. Sed ... concubitu ... quasi
... quierunt qui moribus ... morbo ... capitur
... in ... temperantiam non posse ... nos cum qui ...
... morbis ... non ... corporum
... et salubritate medicinae ... non possumus potius quam illi
non semper et peccatorum medicinae qui ... egritudinis alimento ...

Actor. Sed non me ... respondeo quia ... Iacob ...
in duas. Secundo quia non hoc amore prolis fecit. Sed ex libidine et non
quod secundum augustinum ante legem non esset peccatum ... cum pluribus uxoribus causa
prolis. Sed quod facere causa libidinis semper fuit mortale peccatum quia ut dam
... lex naturalis non permittit voluptatem carnis relaxari nisi ad pro
pagationem vel conservationem generis. quidam tamen dicunt quod sine causa prolis
sed causa voluptatis nunquam licuit homini ... et ... ex quo ...
abraham et iacob ... dicunt quod ... dispensatione ... plura ...
tota non faciunt legem ... ut dicit ... ¶ lxxv. De historia sacra de stro
pha nature quam invenit iacob contra pecora

Prius autem quam beniamin nasceretur iacob finitis annis xiiii. serviens
pro uxoribus suis pro futuro servitio postulavit quicquid ... coloribus
gregibus quos pascebat nasceretur varii coloris. Quod annuente laban ia
cob novam arte strophram commentus contra naturam arte naturali pugnat
virgas ... in canalibus ponens ... dicit ... ad potandum
ante pecora ... oves et capras ascendi faciens ut tales fetus con
ciperent qualis umbras arietum et hircorum ... se ascendentium in
aquarum speculo aspicerent ... erat color umbrarum. Dicit autem
Augustinus in libro ... quod in quibus ... imago ... in visu
tria sunt attendenda ... species que ... potius et forma
in visu impressa ab illa ... genita ab ea ad similitudinem
... duo in tanta ... ut in ipso actu videndi in
possint discerni etiam ... voluntas sine intentio animi
que tanta ... vim copulandi illa duo ut ... formandi ... admo
... tenet formatum ... si tam violenta
est ut possit vocari amor vel cupiditas sive libido ... magna ...
ditate ... sicut fit in libidinosis ... affectibus ...
non solum ipsum visum sed etiam corpus animantis vehementer afficit et
... plurimorum ... in ... colorem
... corpus camelleonis ad colores quos vi
det facillima ... aliorum ... non est ad ...
... corpulentia fetus plurimum ... libidines ... inatum
tales quale est illud quod cum magna delectatione aspexerit. Ruto ...

temora et formabiliora sunt primordia seminis tanto efficacius et capacius
recipiunt intentionem vel appetitum eius virtute et fantasiam que mea facta est
hec corpus quod cum aviditate concepit et cetera. Hec glossa de Iacob. **Comestor.** Non
ergo mirum similem concepte ymagini sobolem fieri in extremo voluptatis
sinum capit. Hec in equabus gregibus apud hispanos fieri dicat Quintilianus
matronam accusatam quod ethyopem pepisset utrique parenti cum ymagine conspecta
hec accidisse argumentis defendit et in libro ypocratis scriptum reperit quandam
puniendam eo quod pulcherrimum peperisset utrique parenti et toti generi eorum
dissimilem nisi memorassent ypocrates querere ne forte talis pictura esset in
cubiculo. **Capitulum LXVI. De reditu eius in patriam raptu Sichem prometheo quoque et athlante**

Sed ergo Iacob non parum ditato et oblocuto Laban contra | ac vere actor
se ad dimidium ditato cum uxoribus suis et filiis et substantia clam recessit
Laban cum persequente deus per sompnium terruit et federe inito cum Iacob ad locum
suum rediit. Iacob vero apertum iter pergens angelos dei confortantes contra
fratrem suum quem timebat obviam habuit cui et munera ad placandum eius
animum premisit angelum quoque superavit secum usque mane luctatione inspiravit
quod invictus staret contra fratrem suum et ibi vocatus est Israel id est princeps vel fortis
cum deo. Itaque occurrens ei Esau munera quidem recusavit primo, vero eo plus
amabiliter cum amplexu et osculo ac fletu suscepit. Eo quoque reverso in Seir
Iacob transiens habitavit in agro Sichem quem emit ab Emor rege et agris
et Dina urbem ingressa corrupta est a Sichem filio regis propter quod filii Ia-
cob in dolo urbem ingressi sunt et cunctis maribus in terris occisis depo-
pulati sunt. Unde timens Iacob propter incolas terre. Sed a deo confortatus
recessit. Sed purgata prius domo sua ab ydolis Laban in Bethel pervenit
ubi edificato altari in loco id quod prius voverat mesopotamie ibidem votum
deo obtulit. Deinde in via que ducit Bethleem Beniamin natus est cuius
partus dolore periclitata Rachel ibidem sepulta est. Postquam venerunt trans
turrim gregis ubi dormivit Ruben cum Balam patris. **Comestor.** Eo tempore
prometheus frater Athlantis primus dicitur fecisse homines cum ex indoctis
doctos fecit quia legitur fecisse homines ymagines quas arte quadam
de ambulare fecit. Invenit etiam primus anulum. Sed ferream tamen circumdedit
gemmam et in anulo notavit quia sicut lingwis carne sic ge-
mma metallo circumdatur. Traditur autem hic in quarto digito ponere
que medium notat ad ornatum digniores sunt reliquis dicens
quia ab eo usque ad cor quedam vena pertingat. Quarto etiam eo tempore
state Colosus in manu insignia pictus erat draco ingerentia sibi
se et ampliasse agricultura. Ceres vero propter inopiam arandi et messium
primum ad ... et prius in ... segetes posuit et ... pri-
... in ... et ... Apollo ... ut ... mi-
... reddunt ... **Capitulum LXVII. De invidia Ioseph et liberatione de carcere**

Ioseph natus anno patris sui xc° ... etatis ... mundi ... xxvii-
cum xvi esset annorum et pasceret gregem invidiam et odium fratrum meruit
propter familiarem erga se patris dilectionem et propter sompniorum narrationem et per
ipsorum fratrum accusationem qui cum ad se missum tunica talari nudatum
in cisterna veterem deposuit. Deinde consilio Iude extractum ysmahelitis
vendiderunt et simulantes eum occisum patri magnum luctum induxerunt.
Interim Iudas fornicatoris concubitu de Thamar nuru sua Phares et
Zaram genuit cum quo de presumptam accusatore sui iustificavit quia non
eam Sela filio suo tradiderat cum adolescentiam vam in viduitate
maneretem corporalem parat. Madianite vero qui et ysmahelite vendiderunt
Ioseph in egiptum putafar eunucho magistro milicie pharaonis

alii dicunt archimagirus id est principi cocorum. Nec absonet ambo quia apud
plures naciones dapifer principis honorabilior et princeps milicie. Hunc
Josephus vocat putiphre. Sed ieronimus non bene translatum nomen asserit
quod habuit uxorem et liberos quia iosephus filiam eius duxit uxorem. Nec
eunuchus regis fuit qui pueruli castrabant. Sed tradunt hebrei quod
videns ioseph elegantem emit eum ut ei misceretur. Dominus autem custodiens
ioseph illum adeo infrigidavit ut deinceps impotens fuit coyre tamquam
quia eunuchus esset. Videntes eum iosanti aresteum de more suo eum
pontificem heliopoleos creaverunt et honoratior fuit quam cum esset princeps
cipatu. Joseph autem in egiptum ductus et a putifar emptus in conspectu eius
magnificatus. Sed propter amorem castitatis et fidei a domina sua accusatus
in carcerat compunctus pincerne sompnia interpretatur et interpretacionis veritate probata
iussu pharaonis educitur atque ad eius sompnium exponendum in eius presencia
sistitur. Lxxviii De simulatione [illegible] et arrogancia asseneth.

Joseph xxx annorum quando stetit coram pharaone sompniumque eius exposito
sublimatus est et dux egipti constitutus scilicet anno iacob c xxi ut post ea pa
tebit. At ab anno tercie etatis centesimo lxxxi mundi ii m et xxix dedit
autem ei pharao uxorem asseneth filiam putifar virginem ex qua nati
sunt ei filii manasses et effraym. Inter[illegible] quo autem apis rex argivorum
in egipto memphim condidit. De hystoria asseneth. In primo et ii anno
vii annorum ubertatis misit pharao ioseph ut congregaret frumenta qui venit
in fines heliopoleos cuius regionis princeps erat putifar sacerdos
satraparum et consiliarius pharaonis huius filia erat asseneth pulcra super
omnes virgines terre per omnia similis filiabus hebreorum elata et superba
despiciens omnem virum quia et nullus unquam viderat eam. Erat
cum turris iuxta domum putifaris magna et excelsa super qua ce
naculum erat habens thalamos x quorum primus magnus et decorus lapidibus
preciosis erat in cuius laquearia aurea et erant intus dii egipciorum
aurei et argentei quos colebat asseneth ~~[illegible]~~ et timebat
et cottidie eis immolabat. Secundus thalamus servabat ornatum asseneth
in auro et argento et lapidibus et linthiaminibus preciosis. In tercio thala
erat omnia bona terre. Erat in i promptuarium asseneth. Reliqui vii
vii virgines erant que ibi serviebant pulcre nimis quibus locutus non est
vir neque puer masculus. In thalamo asseneth erant tres fenestre
prima magna valde prospiciens ad orientem secunda ad meridiem tercia ad aqui
lonem erat ibi lectus aureus stratus peplis purpureis auro textis
ex iacincto et purpura et bisso in quo dormiebat asseneth sola et vir
nunquam sederat super illum. Et erat atrium magnum in circuitu domus
cuius paries excelsus valde lapidibus quadratis erat constructus. In quo atrio
erant quatuor porte ferree quas custodiebant simul xviii viri fortis
simi iuvenes armati. Erat in dextra parte atrii fons aque viventis
et [illegible] et de [illegible] fontis cisterna suscipiens eius aquam et irrigans
omnes arbores in atrio plantatas que pulcre erant et fructifere. Erat autem
asseneth magna ut sara speciosa ut rebecca formosa ut rachel. Lxxix

De hoc quod ioseph eam de cultura ydolorum redarguit.

Misit ergo ioseph ad putifarem mittendo quod vellet divertere ad domum
eius et gavisus est putifar et dixit filie sue quod veniret ioseph
fortis dei et vellet eam tradere illi uxorem. Que indignata
dixit se nolle dari viro captivo. Sed filio regis illius autem loquente
tibi venit qui dixit ioseph adest et fugit asseneth in cenaculum
sursum et venit ioseph sedens in curru pharaonis qui erat
aureus totus quem trahebant iiii equi albi sicut nix frenis

hystoria asseneth

|| lapidibus

porfuretis stratis pict

de curru et erat ioseph indutus tunica candida splendidissima et pal
lio purpureo et auro texto et corona aurea sup caput eius et in corona
erant circuiter xii lapides electi sup quos erant xii astra aurea et uirga
regia in manu eius et ramus oliue fructu pinguissimo et uenit
putifar et uxor eius in occursum eius et adorauit eum et intrauit
ioseph in atrium et clausa sunt hostia atrii et uidit asseneth ioseph
et conturbata est sup sermone quem dixerat de eo et dixit. Ecce sol uenit
ad nos de celo in curru suo. Nesciebam qd ioseph filius dei erat. Quis
hominum tanta potuit gignere pulchritudinem aut quis uenter mulieris
tantum portare lumen et intrauit ioseph in domum putifaris et lauit
pedes eius et ait ioseph que est mulier illa que erat in cenaculo
ad fenestram abeat nunc de domo ista. timebat n. ne molesta esset
ei sicut omnes alie que dabant mittebant ei nuncios suos cum
muneribus diuersi generis quos remittebat cum indignatione et iniuria
et ait putifar. Domine filia mea est uirgo et odio habens omnem uirum
quam nunquam uidit uir nisi ego et tu hodie si uis ueniet et salutet
te. Cogitans ergo ioseph qd si odiebat omnem uirum nunquam ei importuna
erit ait patri eius. Si uirgo est filia uestra diligo eam sicut sororem meam
et ascendit mater eius ut adduceret eam quam statuit in conspectu ioseph et
ait pater eius. Saluta fratrem tuum qui odit omnes mulieres alienige
nas sicut omnes uiros et ait asseneth. Aue benedicte a deo excelso et
ait ioseph. benedicat te deus qui uiuificat omnia et dixit putifar filie
sue ut osculetur ioseph et cum uellet illa facere extendit ioseph ma
num suam et posuit ad pectus eius dicens non decet uirum colentem
deum uiuentem et manducantem panem uite et calicem incorruptionis
bibentem osculari mulierem alienigenam osculantem ore suo ydola surda
et muta et manducantem amicam eorum panem anthonis et bibentem de
spondis eorum calice angustiarum calicem occultum et unguentem se oleo
inscrutabili. Lxx. De penitentia asseneth et angelica consolatione.

Audiens asseneth uerba ioseph contristata est ualde et plorauit et misertus
est eius ioseph et posuit manum sup caput eius et benedixit eam.
Et gauisa est asseneth in benedictione et misit se sup lectum suum et in
firmata est pre timore et gaudio et egit penitentiam a diis quos colebat et abre
nunciauit eis et manducauit ioseph et bibit et cum uellet recedere uoluit
eum putifar retinere una die et non potuit. Sed recessit ioseph pro
mittens se viii die reuersurum et accepit asseneth tunicam nigram
qd erat indumentum tristitie eius quando mortuus erat frater eius iuni
or et clauso sup se hostio fleuit et proiecit omnia ydola per fenestram que
respiciebat ad aquilonem et omnem cenam suam proiecit canibus et posuit cinerem
sup caput suum et sup pauimentum et fleuit amare per vii dies et octauo
die diluculo galli cantauerunt et canes latrauerunt et respiciens asseneth
per fenestram que respiciebat ad orientem uidit et ecce stella lucifer
et iuxta eam scissum est celum et apparuit lux magna et uidit asseneth et ce
cidit in faciem suam sup cineres et ecce uir de celo descendens stetit
sup caput asseneth et uocauit eam nomine que pre timore non respondit et
uocauit secundo asseneth asseneth. que respondit ecce ego domine. Quis es
annuncia michi. Qui ait ego sum princeps domus dei et princeps ex
ercitus dei. Surge et sta sup pedes tuos et loquar ad te et leuauit
asseneth caput et ecce uir per omnia similis ioseph stola et corona
et uirga regia cuius uultus sicut fulgur et oculi eius sicut radii
solis capilli capitis sicut flamma ignis et uidens asseneth timore

prostrata cecidit in faciem suam quam confortans angelus et elevans ait De-
pone abhinc istud nigrum quo induta es et cinctorium tristicie et saccum
de lumbis tuis et excute cinerem de capite tuo et lava faciem tuam et manus
tuas aqua vivente et orna te ornamentis tuis et loquar ad te. Que
cum ornasset se festinanter rediit ad angelum. Cui angelus deme vittam capi-
tium a capite quia virgo es. Confortare et gaude Asseneth virgo quia nomen
tuum scriptum est in libro viventium et non delebitur in eternum. Ecce ab hodierno
die renovata es et vivificata et manducabis panem benediccionis et potum
bibes incorrupcionis et ungeris crismate sancto. Ecce dedi te hodie sponsam
Joseph et nomen tuum non vocabitur amplius Asseneth. Sed vocabitur Refu-
gium. Iam penitencia exoravit pro te altissimum que est filia altissimi virgo
hilaris ridens semper et modesta. Cumque quereret Asseneth ab angelo
nomen eius audivit: Nomen meum scriptum est digito dei in libro altissimi
et omnia que in libro illo scripta sunt ineffabilia sunt nec convenit homini
mortali vel audire illa vel dicere. | Cxxi. De mensa et favo quem apposuit angelo.

Et ait Asseneth tenens summitatem pallii eius. Si inveni
gratiam in oculis tuis sede paululum super lectum istud super quem nemo
umquam sedit et parabo tibi mensam. Et dixit angelus: Affer cito. Et apposuit
panem et vinum suave odorem vetus et mensam novam. Et ait
angelus: Affer mihi favum mellis. Cumque illa tristata staret eo quod favum
mellis non haberet ait ei angelus: Intra cellarium tuum et invenies
favum mellis super mensam tuam. Et invenit favum candidum sicut
nivem et mel mundissimum et odor eius suavis. Et ait Asseneth: Domine
non habebam favum. Sed dixisti ore tuo sancto et factum est. Et odor eius
est sicut spiramen oris tui. Et subrisit angelus super intelligenciam Asseneth
et extensa manu tetigit caput eius dicens: Beata es quia tu dimisisti
ydola et credidisti in deum vivum. Et beati advenientes domino deo in penitencia
qui comedent de hoc favo quem fecerunt apes paradisi dei de rore ro-
sarum in paradiso et ex hoc comedunt omnes angeli dei et quicumque ex illo
comedunt non morientur in eternum. Et extensa manu confregit de favo
partem minimam et comedit ipse reliquum per dedit in os Asseneth et dixit
Ecce comedisti panem vite et uncta es crismate sancto et ab hodierno die
carnes tue renovabuntur et ossa sanabuntur et virtus tua erit indefi-
ciens et iuventus tua senectutem non videbit et pulchritudo tua non de-
ficiet et eris sicut metropolis edificata omnium confugiencium ad nomen
domini dei omnipotentis regis seculorum. Et extendit manum et tetigit favum quem
fregerat et sanus est totus integer sicut prius et extensa per manum dextra
tetigit digito suo indice summitatem mellis prospicientem versus orientem
et retraxit digitum suum ad se et induxit super extremum favi quod respi-
ciebat ad occasum et via digiti eius facta est in sanguinem. Extendit
manum suam secundo tetigit summitatem digiti sui favum mellis in spicientem
respicientem ad aquilonem et traxit eum super petram respicientem ad meridiem
et facta est via digiti eius in sanguinem aspiciente Asseneth et ait Inspi-
ce favum. Et exierunt de favo apes multe candide sicud nix et ale ipsarum
purpuree sicud iacinctus. Circumdederunt omnes Asseneth et operantes in
manibus eius favum mellis et manducaverunt ex eo et ait angelus apibus:
Ite in locum vestrum et abierunt omnes versus orientem in paradisum et
ait angelus: Sic erunt omnia verba que locutus sum ad te hodie. Et
tercio angelus manu sua tetigit favum et ascendit ignis de
mensa et comedit favum et mensam non tetigit et fragrancia incen-
dii favi dulcis valde facta est. | Cxxii. De benediccione vii virginum Asseneth.

Et dixit asseneth ad angelum domine sunt mecum septem virgines mecum
nutrite ab infantia mea et una nocte mecum genite vocabo eas
et benedices eas sicut me. Quas ille iussit vocari et benedixit eas
dicens Benedicat vos dominus deus altissimus et eritis columpne vii civitatis
refugii et iussit angelus asseneth ut levaret mensam quam cum levasset
et peteret evanuit angelus ab oculis eius. Et retro vidit sicut
currum cum equorum procedentem versus orientem in celo. Cumque oraret
asseneth ut indulgeret sibi quod tam audacter locuta fuerat cum eo ecce unus
adolescens ex famulis putiphar nunciavit dicens Ecce ioseph fortis
dei venit. Nam cum precursor eius esset ad portam atrii iam festinat.
Et asseneth in occursum ioseph stetit in propedromo domus et cum intrasset
et ioseph atrium salutavit eum asseneth et dixit ei verba que
erat locutus angelus ad se et lavit pedes eius. Crastina die rogat
ioseph pharaonem ut daret sibi asseneth in uxorem et dedit eam illi
pharao et imposuit eis coronas aureas meliores quas habebat et
fecit eos osculari ad invicem et fecit eis nuptias et cenam magnam
ultra vii dies et precepit ut nemo faceret opus in diebus nuptiarum ioseph
et vocavit ioseph filium dei et asseneth filiam altissimi **Comestor** Nati
sunt ei filii duo priusquam veniret fames et vocavit primum manasse
quod est oblivio dicens oblivisci me fecit deus laborum meorum et domus
patris mei. Secundum vocavit effraim quod est fructificatio dicens crescere me
fecit deus in terra paupertatis mee | Capitulum lxxiii de historia sacra De descensu
israhel in egyptum et seductione dan et gad.

Itaque cum per vii annos ubertatis collegisset ioseph frumentum et ingruit
fames super omnem terram iuxta sompnium quod exposuit aperuit horrea et
vendidit egyptiis insuper et aliis et hiis qui de aliis ad emendum
veniebant provinciis inter quos fratres suos agnoscens. Sed ab eis
incognitus duriter allocutus est eos exploratores vocans id est explo
ratores regna dignos maximeque si beniamin vero non venirent
de quo timebat quod mortem alicui deliquissent quo tamen ab eis cum
muneribus adducto se ipsum illis cum fletu innotuit multumque ac libens
placidissime eos dimisit datis insuper muneribus patrem ad se venire mandavit
Jacob itaque promissione divina confortatus descendit in egyptum
cum lxvi animabus vel quod ipse cum eis et ioseph cum duobus filiis simul fuerunt
lxx. Fratrum eius xxx annorum quos ioseph cum in conspectu pharaonis
introduxit eisque terram gessen adhabitandum dedit. **Expla genes**

In anno secundo famis mense secundo xxi die mensis venit israel in egip
tum cum universa cognatione sua et intravit in terram gessen viditque asse
neth iacob et admirata est quod senectus eius erat speciosa sicut
iuventus. Erat quippe caput eius candidissimum sicut nix et barba can
dida super pectus eius oculi eius fulgurantes et nervi eius et humeri
et brachia sua genua et crura et pedes ut gigantes et benedixit
eis iacob et osculatus est et reversi sunt post prandium ioseph et asse
neth in domum levi cum eis et symeon. Item vidit filius pharaonis
asseneth in domo patris sui deambulantem propter pulcritudinem
eius et locutus est ad levi et symeon ut interficerent ioseph et haberet
eam uxorem que illi debebatur et daret eis aurum et argentum
multum. Qui non intenderunt in sermones eius et cepit filius pha
raonis accusare ioseph apud fratres suos dan et gad qui erant filii

ancillarum iacob dixerunt se audisse ioseph dicentem apud pharaonem quod post mortem
patris sui destrueret eos. hec essent verba de filiis suis eo quod ipsi erant filii an
cillarum et eum vendidissent ismahelitis et in audivit ei pharao filius eius
ut interficiant ioseph et ipse interficeret pharaonem patrem suum qui erat tam
quam pater ioseph. Levi autem cum vellet nocte facere prohibuerunt eum custodes
patris sui intrare ad eum dicentes pater tuus doluit caput et vix dor
mivit et prohibuit nobis ne quis ad eum intret etc. Et filius eius
primogenitus assumptis l viris armatis perrexit ad locum insidiarum
ubi erant dan et gad cum pluribus viris armatis qui debebant pergere
ioseph et asseneth et ibat asseneth cum dc viris qui omnes ab insidiis
trucidati sunt preter unum qui fugit ad symeonem levi asseneth
autem fugit in currum cum beniamin. Symeon autem et levi
assumentes omnes qui secum erant armatos persecuti sunt eos
et irruerunt in eos subito et plurimos occiderunt. Dan autem et gad
absconsi sunt in densitate calami // Helinandus in .o libro. Capitulum lxxiii.
De morte pharaonis et iacob et ioseph.

Anno principatus ioseph xii mortuus est pharao ille sub quo dominabatur
ioseph. quem comestor alio nomine dicit appellatum nefrem. de hiis autem
morte sic dicit historia asseneth post illud bellum supra scriptum invenerunt
ipsi filium pharaonis et symeone levi beniamin. duxit pedibus in cur
ru cum asseneth videns pharaonis filium venientem ad se ut tolleret asseneth
lapidem de torrente arripiens percussit eum in ancie sinistra et deiecit
eum de equo super terram quasi mortuum. postea videns beniamin symeonem
et levi venientes confortatus est qui querebant fratres suos dan et gad ut
interficiant eos quorum iram compescuit illi vero levantes filium pharaonis
omnis atra laverunt plagam eius et ligaverunt eam et duxerunt eum
ad patrem suum pharaonem et narraverunt omnia verba hec. pharao vero gratias egit
eis quia non interfecerunt eum. Tercio vero die mortuus est pharaonis
filius de vulnere et pharao non multo post mortuus est pro dolore mortis
filii sui annorum xxix. Et reliquit regnum suum ioseph qui regnavit
primo in egipto annis pluribus et post hec dedit dyadema filio pharaonis
qui erat ad ubera quando mortuus est pharao et ioseph nuncupatur pater eius
infra egipti. Auctor. Ipse vero ioseph domino suo pharaoni ut fidelis ob
sequiis vendicione frumenti egiptios omnes in servitutem subdidit pharaoni
qui utique tali custodia meruerat addici. Deinde iacob cum esset celxvii
annorum videns obitum suum imminere vocavit ioseph et ut eum
in abrahamo sepeliret adiuravit. atque eius manasse et effraim can
cellatis manibus benedixit et ei preter sortem hereditatis agrum sichem
quem acquisierat dedit. quodlibet autem filiis suis pluribus coram benedixit
omnibus de bonis ac prophetice ventura predixit scilicet de divisione terre a sortibus
de futuro eorum statu aptissime autem de utroque xpisti adventu que omnia
quia nota sunt brevitatis causa permitto et tandem collectis super lectulum
suum pedibus obiit quem a filiis suis intrans perlustrato et in spelunca
duplici sepulto ioseph ad invicem filius ut exeuntes egipto ossa
eius deferrent. mortuus est et ipse cum esset cx annorum et repositus
in loculo in egipto anno scilicet ducatus sui lxxx. a prima promissione abra
he facta in via mesopotamie ccc lxxx a nativitate abrahe in qua
tertia etas cepit ccc lxi. ab inicio vero mundi ii ccc x. Post mortem
mortuus est donec egressi sunt filii israel de egipto alii fratres ut dicit
iosephus cumque in obitu suo deferebant et sepeliebant in ebron

postea translati sunt in sichem. CXXV. De testamento ruben et symeon.
Extant autem testamenta xii patriarcharum in quibus sunt apertissime
atque plane de christo prophetie quas nuper transtulit magister robertus grossum
caput lincolniensis episcopus de greco in latinum et ideo hic eas inserere
*Testamentum ruben* placuit. Testamentum ruben. Levi nosset legem dei et dimidet iudi-
cium et sacrificia pro omni israel usque ad consummationem temporum principis sacerdotum
*post pauca* christi quem deus dixit. Et post pauca. Quem ipse elegit dominus regere
super omnes populos et adorate semen eius quia pro nobis morietur in bellis visi-
bilibus et invisibilibus et erit in vobis rex seculorum. Et mortuus est ruben.
*Testamentum symeon* Testamentum symeon. Dominus deus magnus israel apparebit in terra ut homo
et salvabit in ipso adam. Tunc dabuntur omnes spiritus errorum in conculcationem
et homines regnabunt super pravitatos spiritus. Tunc resurgam in leticia et bene-
dicam altissimum in mirabilibus suis quia deus corpus assumens et comeden-
tem hominibus et salvabit omnes. Et nunc filioli obedite levi et iuda le-
tabimini. Et non efferamini super duas tribus has quia ex ipsis orietur nobis
salutare dei. Suscitabit enim dominus ex levi ut principem sacerdotum et ex iuda
ut regem deum et hominem. Ita salvabit omnes gentes et genus israel.
Et dormivit symeon cum patribus suis. CXXVI. Testamentum levi.
Cognoscite quia faciet dominus iudicium super filios hominum quia petris
scissis et sole extincto et aquis siccatis igne timente et omni creatura
turbata et invisibilibus spiritibus liquefactis inferno spoliato in passione
altissimi homines non credentes permanebunt in iniustitia. Propter quod
*post pauca dicit* in punitione iudicabuntur. Et post pauca dicit. Et nunc cognovi filii
a scriptura enoch quia in fine impie agetis in dominum manus inponentes
in omni malicia et confundentur in vobis fratres vestri et in omnibus gentibus
fiet illusio et non pr... enim ipse mundus erit absque iniuria. Principibus sacerdotum
*post dicit* qui imponent manus in salvatorem mundi. Et post dicit. Quid
facient omnes gentes si vos tenebrescatis in impietate et inducatis
maledictionem super genus nostrum pro quibus lumen mundi datum est in vobis
ad illuminationem omnis hominis. Hunc volentes occidere contraria mandata do-
*post dicit* centes dei iustificationibus. Et post dicit. Cognovi in libro enoch quia
per lxx ebdomadas errabitis et sacerdotium inquinabitis et sacrificia
polluetis et legem destruetis et sermones prophetarum et in
perversitate persequimini iustos viros et pios odio habebitis veracium sermo-
nes abhominabimini et virum renovantem legem in virtute altissimi se-
ductorem appellabitis et in fine ut estimabitis occidetis eum nescien-
tes eius resurrectionem. Innocentem sanguinem in malicia super capita ve-
stra suscipientes propter ipsum erunt sancta vestra deserta usque ad pavimentum prophana-
ta. Et non erit vobis locus mundus. Sed in gentibus eritis in maledictionem
et dispersionem donec ipse rursus visitabit et miserens recipiet
*post pauca sequitur* vos in fide et aqua. Et post pauca sequitur. Et suscitabit dominus sacerdotem
novum cui omnes sermones dei revelabuntur. Et ipse faciet iudicium
veritatis super terram in multitudine dierum. Et orietur astrum eius in celo
sicut rex illuminans lumen cognitionis in sole diei et magnificabi-
tur in orbe terrarum usque ad assumptionem eius. Iste resplendebit sicut sol
in terra et tollet omnes tenebras de sub celo et erit pax in omni
terra. Celi exultabunt in diebus eius et terra gaudebit et nubes le-
tabuntur et cognitio dei fundetur in terra ut aqua marium et angeli
glorie faciei dei gaudebunt in eo. Celi aperientur et ex templo glorie

Veniet super ipsum sanctificatio cum voce paterna sicut ab abraham patre ysaac
et gloria altissimi super ipsum dicetur et spiritus sanctificationis et intellectus requiescet
super ipsum magna opere dabit magestatem dei filiis suis in veritate
in seculum. Ipse aperiet portas paradisi et stare faciet imminentem gladium
medorum maius esset et honorabilius eo quod ipse eum in regem
sublimaverat. Itaque cum annus regni de resolucione esset adeo
in primo anno regni cyri suscitavit dominus spiritum eius ut impleretur
verbum ieremie et dedit libertatem omnibus iudeis qui erant in imperio re-
gni sui et licenciam redeundi in iudeam et edificandi domum domini.
Vaticinatus autem fuerat ysaias qui ante c. xx. annos prophetavit
de ipso dicens christo meo cyro cuius apprehendi dexteram subiciam
gentes et regna et ipse reedificabit domum meam in ierusalem. ut
sic haberet consummationem septuaginta implevit et septimo libertatem relaxavit
tradunt in primum regnum suum dominus. Omnia regna terre dedit
mihi dominus deus celi. Credo fuit iste quem gens ista adorat. In hac
epistola hortatus est et iudeos ut ascenderent in iudeam et qui no-
llent ascendere iuvarent ascendentes in pecunia vestibus et iumentis.
Ipsi vero quia fere omnes nati erant in caldea et possessiones ibi
habebant elegerunt remanere in terra nativitatis sue. Pauci vero qui
ascendere disponebant pigri erant et morosi usque ad tercium annum
cyri. Quod attendens daniel vehementius affligebatur dolore quam
prius et orabat dominum ut qui prius dederat regibus animum liberandi
daret et ipsis animum redeundi. ¶ Quod angeli principales persarum
et grecorum impediebant reditum captivorum. xiiii.

Factum est ergo tercio anno regni cyri prima die mensis primi
lugebat daniel trium ebdomadarum diebus. Die autem xxiiii
dum esset iuxta fluvium tigrim vidit ecce vir vestitus lineis
accinctus zona aurea cuius facies quasi fulgur oculi ut lampades
et sermo eius quasi vox multitudinis. Porro viri qui erant cum eo fu-
gerunt et solus vidit visionem et corruit in faciem suam. Sed
vir ille attigit erigens eum et confortans ait Noli metuere
daniel quia a die primo mensis quo posuisti cor tuum ut te
affligeres coram deo exaudita sunt verba tua et causa est [illegible]
[illegible] de reditu populi. Et eadem die volui ad te venire ut nunciarem
Sed princeps regni persarum restitit michi xxi diebus et ecce cumque
tunc egredi apparuit princeps grecorum veniens et adiuvaret principi
persarum et ideo aliquanta feci moram et nunc venio ut certificem
te de reditu populi. Et nemo est adiutor meus nisi michael prin-
ceps vester. Hos duos principes grecorum et persarum dicit ieronimus angelos
malos fuisse qui appositi sunt regnis illis ad coercendum. Labora-
bat itaque angelus persarum ne hebrei liberarentur a dominio persarum
quia delectabatur afflictionibus eorum et ut ipse diucius affli-
gentes eos cum ipsis [illegible]. Laborabat et angelus grecorum ut ipse et
captivitas hebreorum cum eis transiret in dominium grecorum. Gregorius autem
vult eos fuisse angelos bonos qui satagebant ne tam cito libera-
rentur hebrei ut quod erat in eis purgandum purgaretur et
decoqueretur ad unguem. Porro tercio anno darii orabat daniel

pacto ut sciret et voluntatem regum eius. Et sollicitus erat de suc
cessores regni persarum volens eos scire de quorum manifestatione
ex visio ei ostensa est. De reditu sub zorobabel duce. xv. c.

Porro clarissimi iudeorum habitabant in babilone i. intra babilo
nis ciuitatem. Inter eos zacharias natus in caldea iam prophetabat. Sic
et nobilis salathiel in filio vocans eum zorobabel quod interpretatur
magister babilonis q. d. hic erit magister captivitatis babilonice adhuc
prophete exhortacionem. Omnes surrexerunt duces iuda ut ascenderent in
ierusalem. propter ea necnon viri beniamin et levite. Igitur in primo anno
cyri egressi sunt sub zorobabel duce et ihesu magno sacerdote ad
hortantibus eos zacharia propheta et aggeo iuvene sed non dum propheta.
Erant autem ... fuerunt ... xlii. ccclx. Reli
qui vero erant servi et ancille et homines ... Et remi
sit eis cyrus partem vasorum domini .v. et cccc. ... Et hic annus
lxx. relaxande captivitatis quem predixit ieremias. Nam et ... ad
xxii annum cyri dicunt fuisse septimum decadis ultime. Itaque primus
annus cyri fuit lxx. Cui consonat et iosephus. Et hec opinio
magis trita est et ... auctoritatibus sancita. Cui tamen eusebius
in cronicis obloqui videtur. Secundum annum darii filii ystaspis dicit
fuisse lxx. sed auctoritate zacharie qui secundo anno darii scribens
audivit angelum clamantem et interrogantem dicentem. Domine exercituum usque
quo non misereberis ierusalem et urbium iuda quibus iratus es. Iste
iam lxx annus est. Videtur autem eusebius distinguere inter
lxx. annos captivitatis et lxx. desolacionis templi. Dicit lxx.
annos captivitatis secundum quosdam computantur ab anno iosie xiii.
Sub quo ieremias prophetare cepit usque ad primum annum regis cyri. Secundum
alios vero a tercio anno ioachim usque ad ... annum cyri. Re
staurationis vero templi sub dario rege complentur anni lxx.
Clemens quoque concurrit in primo stromate ita scribens. Et ... 
captivitas annis lxx. usque ad secundum annum darii filii ystaspis.
Si prior opinio ut dixi magis trita est. Sola zacharie auc
toritas nos movet. Sed tamen forte ita determinari potest ut ... 
atur de propheto q. d. lxx annus iste est notus ... 
est vel forte dictus est in zacharia lxx annus non captivitatis sed ... 
etatis que secundum hebreos inchoavit anno xxx ante ... 
monarchiam. De fundatione altaris et templi et intermissione
operis. xvi. c. Anno regressionis in iudeam congregatus est populus quasi

Porro vir unus in ierusalem et edificantes altare colloca
verunt illud super bases suas et obtulerunt super illud holocausta
domino mane et vespere. Fecerunt quoque sollempnitatem tabernaculorum. Unde
mus fecerint ignem ... forte ... altaris
... Anno autem secundo mense secundo iecerunt fundamentum
templi. Cumque iecissent fundamenta super terram clamavit populus
vocem in iubilatione. Porro quidam seniores qui viderant
templum prius eiulabant voce magna nec poterat quisquam
agnoscere clamorem letancium et plancium eiulancium. Porro

Samaritae indignati impediebant manus eorum. Cumque ipsi impe-
dire non possent dederunt munera principibus regis qui pecuniis
corrupti claudiderunt negocium edificationis tyro tamen ignoran-
te. Et adeo impedierunt eos quod in xxx annis quibus tyrus reg-
nit non erexerunt muros templi nisi usque ad posicionem. Po-
ro de daniele quidam supervixit post reditum populi in media regis.
Defunctus autem sepultus est in spelunca regali. Solus ad gloria
quia est daniel qui dedit signum in insulis super babilone dicens Quando
pars motum aborta fulminabit veniet finis babilonie. Cy-
rus velut ignis ardebit finis est universe terre. Cum aparte
nothiaque de terra venit veliter applus ad terram suam. Ubi
sanguine fluxerunt erunt homicidia belial in universa terra. Cir-
culus metro. De Creso rege lydorum et eius regno per tyrum

Anno tyri xiiij. cresus a tyro captus est et lydorum destructo xvij
anno destructum regnum quod stetit annis cc et xxxj. Actor Hec
fuit ultima cresi captio. Nam iam alia vice legitur in hystoriis
captus fuisse a tyro et pene et vitam in Bocanus Nestorbas
cresum regem lydorum tyro paulo ante formidabilem mox demum
inferendum flammis traditum misso celitus imbre defensum.
Sed de secunda eius captione intelligendum est quia cum captum
narrat iustinus et orosius sed vita et patrimonio donatum. Unde
dicit cum iustinus rebellasse. Orosius libro ijo. Cum tyrus babi-
loniam impugnaret. Ibi tunc cresus rex lydorum famosis opi-
bus ad ad ampliandum babilonis devenisset victus sollicitate in
regnum refugit. Cyrus autem postquam babilone ut hostis invasit
ut victor cepit ut rex disposuit bellum transtulit in lydiam
ubi contritum iam superiore prelio exercitum nullo negocio fudit. Cre-
sum cepit captum vita et patrimonio donavit. Actor Sed autem
Eusebius metronensis scribit iiijo anno tyri cresum quidem cum in
ipse bellum de illo bello accepit quo postquam captivitatem babiloniam
iam ab illo captus et vita et patrimonio donatus postea rebellavit.
De qua tyri clementia Justinus ait quod non minus victori quam
victo utilis fuit. Nam confirmata gratia cognito quod illatum ac
per bellum erat auxilia velut ad ignem extinguendum incendium
confluebant. Tantus cresi amor erat apud omnes passimque tyrum
gerens bellum gratie sunt sequuntur maxime ardeliones consuluisset.
Alii hystoriagraphi narrant quod in secunda captione iussit eum tyrus
rogo supponi et assari et subito tanta pluvia facta est ut eius
in necessitate ignis extingueretur. Unde occasionem reperit evaden-
di. Cumque postea quasi sibi prospere evenisse gloriaretur et opum copia nimium
se iactitaret datum est a solone quodam sapientissimo non debere quem-
quam in divitiis et prosperitate gloriari. Eadem nocte vidit in sompnis
quod iovis eum aqua perfunderet et sol extergeret. Cum autem filie sue ma-
gne meditasset illa ut se res habebat prudenter absolvit dicens
quod crucis erat affigendus et aqua perfundendus et a sole siccandus.
Quod ita demum contigit. Nam postea a capto a tyro crucifixus
est. polimus. Olimpiade liiij victor tyrus in brassi stadiis

n tunc cresus latebat achis filius aesi qui ad id usque temporis
mutus erat exclamasse d(icitur). Parce pri meo cyre et hoiem te
ul casibus disce omis. Idem solinus d(icit) q(uo)d ossa horestis olimpi
ade lv. in. inuenta sunt tegete apparuerant oraculo monitis
que implebant longitudinem cubitorum vii. De tarquinio superbo
et pisistrato tyranno. Eusebius d(icit) c(apitulo) xviii.

Anno quoque prenotato s(cilicet) cyri xiiii. romanorum vii. tarquinius
superbus occiso seruio solo romanum imperium arripuit et
regnat annis xxxv. h(ic) excogitauit vincula taurea fustes lau
tumias carceres exilia metalla compedes et cathenas. Cuius expu
gnacio ardeam causa tarquinii iunioris filii sui qui lucreciam cor
rupat regno expulsus e(st). Eo quoque tempore pisistratus secunda vice
regnauit atheniis. Iustinus ii. lib(ro). Pisistratus q(ui) sibi eos prae
vicisset tyrannidem per dolum occupat. Nempe voluntariis uerbe
ribus i. liberis siue seruorum domi affectus laceratoque corpore in pu
blicum egreditur. aduocata concione vulnera populo ostendit. de crude
litate principum a quibus hec se passum simulabat conqueritur.
Adduntur vocibus lacrime et inuidiosa oratione multitudo credula
accenditur. amore plebis in inuisum sese natum simulat obtinet
ad custodiam corporis sui satellitum auxilium per quos occupata
tyrannide per annos xxxiii. regnat. Valerius lib(ro) viii. Pisistratus
tantum valuisse dicitur ut ei athenienses regni imperium oratione
eius capti permitterent constitum tu contraria parte amatissimum patrie
soloni intueretur. Idem in lib(ro) v. Pisistratus atheniensis tyrann(us)
cum adolescentis quendam amore filie eius virginis accensus
in publico obuiam sibi factam osculatus esset hortante uxore
ut ab eo capitale supplicium sumeret. Si eos qui nos amant
interficiamus quid eis faciemus quibus odio sumus h(ec) uox ore tyranni
dignanime manauit. Subiecit itaque modum filie tulit dimicia
ac multo laudabilius suam. Item a trasippo amico suo cenam
conuicio laceratus itaque quod animi cum ab ira cohibuit ut puta
res satellitem a tyranno male audire. Demque trasippus comita
te temulentus impetu comitis os eius sputo respersit nec tamen
illum ad sui vindictam accendi valuit. Cum et filios suos
anhelante pro sua maiestati subuenire cupientes retraxit. Postero
aut(em) die trasippo supplicium a se voluntaria morte volenti
pergi ad eum uenit. Dataque fide in eodem amicicie gradu se
mansurum ab incepto reuocauit. Eusebius. Temporibus quoque
cyri anaximenes phisicus agnoscitur symonides clarus habetur
et chilon qui de vii. sapientibus fuit. Thales vero moritur.

De morte cyri et successione cambisis qui et nabuchodonosor dicitur.

Porro cyrus cum per auersis arcium fluuium abm Comestor. xix.
gentem lidorum bellicosissimam astute redegit in concordiam. Tra
didit n(amque) eis psalteria et ludos precipiens ut lusibus et comessacionibus
et amplexibus vacarent qui beniuolentiam eis ordinis sunt. Mo
dum eos cicurauit et quos bello non poterat per libidinem expugnat.
Postea vero transgressus araxem arginia massagetarum thamari
victus et occisus e(st). Cuius caput illius precisum in utrem plenum

sanguine humano proiciens in sultando dixit. Satia te sanguine quem
sitisti. Ieronimus. Tyro successit filius eius Cambises anno quinte
etatis hoc mundi m. iii. ccc°. xxxiiii° et regnat annis viii. Hely-
mandus xv°. l. Hic est Cambises qui imperio persarum egyptum adiecit.
Sed offensus superstitionibus egyptiorum apis et aliorum deorum delubra diru-
it. Misit ad Ammonis quorum nobilissimum templum expugnandum exercitum
misit qui tempestatibus et harenarum molibus oppressus interiit. Hic Cam-
bises adeo severus fuit ut quendam iniustum iudicem excoriari
faceret et super pellem cute eius adoptam filium iudicis in iudicio sede-
re fecit ut timeret iniuste iudicare. Similiter iudicium patet. Hic
Cambises abrupta ratione sua liberius furiosus fuisse et contra aliqui
expeditionem [illegible] quesisse quod epulis ei deficientibus coactus est car-
nes comedere suorum sociorum. Sed Lucanus in x°. l. [illegible]
Cambises longi populis pervenit ad eum defectusque epulis et pastus
cede suorum ignoto te nile redit. Sed et Seneca appellat illud felicem
furiosum. Comestor. Hic Cambises tyri filius et in regno successor
apud Esdram Artaxerses vel Assuerus dicitur. In hystoria vero Iudith
vocatur Nabuchodonosor. Tunc principes terre qui impediebant hebreos
scilicet Reum Beelteem quem Iosephus dicit scriptorem sum et alii
qui iudicabant Syriam et Feniciam et omnes regiones ultra eufra-
ten scripserunt Cambise quod Iudei reedificabant civitatem urbem pessimam
et a prioribus regibus Persarum rebellem et templum ad altitudinem castri quod
ob rebellionem prius destructa erant. Quibus reedificatis statim
negarent regi tributa et annonas. Nunc etiam patet regi transitum
in Syriam. Hec autem dicebant se ex consuetudine ei quia mores erant
tales quod in palacio comedebant consulentes ut sic eis interdiceret.
Quibus acquiescens Cambises prohibuit in edicto eam per epistolas.
Tunc intermissum est opus dei in urbe usque ad secundum annum Darii.

Porro sub Cambise forsan est quod in histo- De hystoria Iudith. xx.
ria scribitur. Mortuo itaque Tyro quidam Arphaxat medus in egba-
thanis surrexit et reparavit eam et munivit inexpugnabiliter
quasdam partes medie sibi conciliavit ut tandem toti medie imperaret.
Nabuchodonosor vero rex Assyriorum qui regnabat in Ninive anno xii. re-
gni obtinuit eum. Hic est Cambises tunc temporis adhuc vivente Ninive
et regnum Assyriorum concessit eum Nabuchodonosor cognominatur. Hic mortuo
patre xii. illius regni annum agebat. Nam in regno monarchie
non nisi viii. annis regnavit. Qui post quam factus est monarchus ex-
altatum est cor eius et misit ad omnes qui habitabant in Cilicia et Dama-
sco et Libano et Carmelo Galilea Samaria et usque in terminos exigens
liberis tributa longe graviora quam patres sui. Qui omnes uno ani-
mo contradixerunt. Igitur anno xiii. regni precepit Holoferni principi mi-
litie ut egrediens nulli parceret. Omnes quorum deos terre exterminaret
ut ipse solus deus diceretur. Audientes filii Israel timuerunt valde ne
similia faceret in urbem et in sanctuario dei. Erat autem in civitate
Iudith vidua tribus annis multum pulcra nimis sed casta.
Holofernem in tenda sua cepit et eum vinolentum ac soporatum

de collauit. Caputq; eius oblatum in urbem tulit et omnes videntes
in admiratonem et laudem dei concitauit unde recuperatio victorie deus
dedit. Qualiter excusatur iudith a culpa mendacii et scandali de tex.
Aculpa uero mendacij qua videtur multociens incurrisse. xxi.
Iudith apud holofernem eiusque satellites ut cum dicit
se fugere a facie hebreorum quia nouerat eos dandos assyrijs in
depredacionem et cum dixit holofernj si secuta fuerit verba ancille
tue perfectam rem faciet deus tecum et hebreis omnem uel sed eius ex
pluribus modis excusari potest. Nam adhuc omnia qualis est solucio
quod quamuis dicat de se ipsa uel ab holoferne capiendo intelligenda sunt
secundum merita eorum quia secundum peccata eorum exigebant ut ita traderentur.
sed exponebat iudith uel etiam inercia eorum quia adeo iam desola
ti erant et pusillanimes effecti quod uolebant se sponte tradere
uel omnia intelligenda sunt sub condicione scilicet nisi deus eos liberet
Et ita iustissima insticebatur hec audientes aliter intelligunt scilicet qui loquitur
simpliciter et assertiue. Est et alia solucio qualis qui sunt tam
in textu quia glossa scilicet quod iudith prophetice loquebatur predicens iude
os esse tradendos in manus gentium. Quod factum est subiecto iude
pressans peccata quod commiserunt in christum et in apostolos. Et ita ubique
excusatur mendacio quia iustitie loquebatur sicut audientes
aliter intelligunt. Unde opera dicta holofernj que uera dicta sunt et prouidentiam
dei. Glosa. i. spiritu prophetico Item alia glosa apud holofernem de deo
mentitur suo et vnitatem tamen futura loquitur non adulatorie men
ciendo sed futura prophetice predicendo. Ceterum de hoc quod uidetur fecisse
et sponte dedisse holofernj occasionem ruine ornando se ut eum
deciperet potest dici quod licet ornando se non intendebat eum scandali
zare. i. scandalum uel obitem admittendi ei tendere sed intendebat
prius liberatorem populi sui secundo utilitatem holofernus ut scilicet ad ipsius in eam
captus immissis peccaret. Multas autem fecit concubinas et ingungatas
a forte aliquos concubinos multis modis et ualet et est. nam peccatum
quia hijs omnibus in iudicijs fundabant gentiles ut quo alijs
omnibus cum autem et meam suspensus innuens peccatum ideo dicebat
Capiatur laqueo oculorum suorum in me Eusebius in cronicis. De hip
pia et policrate tyrannis et de cambise quod obtinuerit egiptum
Temporibus cambisis que fuit nabuchodonosor uero dicunt. xxii.
Tapud athenas hiparcus et hippias tyrannidem obtinuerunt
apud samum uero tres fratres scilicet polycrates. silius et pantagnostus
Iustinus libro ii. Post pisistratum diocles filius eius per uim stu
prata virgine a fratre puelle interficitur. hippias autem frater dioclis pater
tenens imperium comprehendi iubet interfectorem fratris et nomina cogit
eum conscios cedis qui consulto nominat eius amicos tyranni
Quibus omnibus interfectis interrogatus ille uero aliquis de conscijs su
peresset. Nullus inquit restat quem amplius mori vellet quam ipsum
tyrannum. Una uoce eiusdem tyranni se uictorem post vindictam
pudicitie sororis ostendit. huius uirtute admonita ciuitas libertatem
hippiam depulit regno et egit in exilium valerius in vi. li.
ad inuidiam usque policratis samiorum tyranni blandientissime

bonis aspirantis vite fulgore processit. Nec sine causa. Omnes enim
conatus eius placidos excipiebant. vota spes certum cupite rei
fructum apprehendebant. Semel duntaxat vultum mutavit perbre-
vis tristicie salebra succussum cum anulum admodum sibi gratum
in profundum de industria ne omnis incommodi expers esset abiecit. Et
tamen continuo recuperavit capto pisce qui eum devoraverat.
Sed hic cuius felicitas semper plenis velis prospere cursum tenuit
Oroetes Darii regis prefectus in excelsissimo Mycalensis montis vertice
cruci affixit. E quo putres eius articulos et tabido cruore manan-
tia membra Samos amara servitute aliqua diu pressa liberis
ac letis oculis aspexit. Eusebius in cronicis. Et quia tempore sub anno
Cambisis vii° in xxvii dinastia perse obtinuere egiptum, propterea
cessavit adeptus regnum illius regionis. Obtinuit quippe eam
Cambises in anno vi° regni sui et successores eius usque ad Darium
filium Xersis annis c. xi. Helynandus xv. l°. Hic abhominatus
religiones egipti et cerimonias templa eius destruxit et edi-
ficavit Babiloniam in egipto. Eusebius in cronicis. De pictagora pho
et crotoniensium prelio xxiii (fisicus philozophus habetur clarus
Anno Cambisis viii° Pitagoras Solinus. In Samo nobilius
amicus quam Pitagoras civis. Qui invisos offensus fastu
tyrannidis. Unde exile relicta patria Italiam adiit. Hel. l. augu-
stini de civitate dei viii° li. Italicum genus philosophorum id est illius partis Italie que
quondam magna Grecia dicebatur actorem habuit Pitagoram Samium
a quo etiam fertur exortum philosophie nomen. Nam cum antea sa-
pientes appellarentur qui modo quodam vite laudabilis aliis
prestare videbantur. Ille interrogatus quid profiteretur philosophum
se esse respondit id est studiosum vel amatorem sapientie quoniam profiteri sapi-
entem arrogantissimum videbatur. Iustinus xx° l°. In primis
Metapontini ceteros grecos ytalia pellere statuerunt. Quibus se
iunxerunt crotonienses et sibaritani et primo urbem Sirim ce-
perunt in cuius expugnatione l. iuvenes amplexos Minerve
simulacrum et sacerdotem dee velatum ornamentis inter ipsa altaria
trucidaverunt. Ob hoc cum peste et seditionibus vexarentur priores
Crotonienses delphicum adierunt oraculum. Quibus responsum est finem
mali fore violatum Minerve numen et interfectorum manes pla-
cassent. Quo facto cessavit ab eis pestilencia. Nam iuvenibus
statuas iuste magnitudinis et inprimis Minerve. Postea Croto-
nienses indignati quod in expugnatione Siris contra se iuvissent
Locrenses auxilium bellum eis intulerunt. Qui ad Spartanos
confugerunt auxilium deprecantes. Illi autem longinqua militia gra-
vati auxilium a Castore et Polluce petere eos iubent. Cumque
tum sacrificassent bellum inierunt. xv. milia Locrensium contra
centum milia crotoniensium. Qui paucitatem suam et hostium
multitudinem considerantes ex desperacione sumpsisse animum putantesque
se victores fore si non inulti morerentur. Itaque dum mori honeste
se querunt feliciter vicerunt. Pugnantibus autem Locris aquila ab
acie nunquam recessit eosque tam diu circumvolavit quousque vincerent

In temporibus quorum duo iuuenes diuerso ac aliis armorum habitu communi
magnitudine et albis equis residentes paludamentis pugnare
visi sunt ait valerius. Comparuerunt qua pugnatum est hanc admiracionem
auxit incredibilis fame velocitas. Namque eodem die qua in yta-
lia pugnatum est a corintho et lacedemone nunciata est victoria per-
ficit crotoniensibus. nulla virtutis exercitacio nulla armorum cura fuit ex-
derant ii. que in scilicet superarant mutassentque vita luxuria
in pitagoras prius fuisset. **De gestis pitagore et eius studiis ac doctrina. xxiiii.**

sto locuplete negociatore natus magis-
Hic samie mara. qz sapie incrementis formatus egiptum primo
mox babiloniam ad perdiscendos sydera motus originemque
mundi spectandam profectus summam sciam consecutus erat. Inde re-
gressus cretam et lacedemon ad cognoscendas minois et ligurgi
leges contendit. Quibus omnibus instructus crotonam venit populumque
qui in luxuriam lapsum auctoritate sua ad usum frugalitatis revocavit.
Laudabat cotidie virtutem et vicia luxurie casumque civitatum
hac peste perditarum enumerabat. Tantumque studium ad frugalitatem
perdiscendam multitudini provocavit ut aliquos ex eis luxuriatos
esse incredibile videretur. Matronarum quoque separatam a viris doc-
trinam et puerorum a parentibus frequenter habuit. Docebat autem nunc has
pudiciciam et obsequia in viros nunc illos modestiam et litterarum
studium. Inter hec velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat.
Consecutusque disputacionum assiduitate erat ut matrone auratas vestes
ceteraque dignitatis sue ornamenta velut instrumenta luxurie de-
ponerent eaque omnia delata in iunonis edem ipsi dee consecrarent
pre se ferentes vera ornamenta velut instrumenta matronarum pudici-
ciam non vestes esse. Sic cum annos xx. crotone egisset metapon-
tum emigravit ibique decessit. Cuius tanta admiracio fuit ut ex
domo eius templum facerent eumque pro deo colerent. Valerius libro v°.
Pitagore tanta veneracio ab auditoribus tributa est ut que ab eo
acceperant in disputacionem deducere nefas existimarent. Sed et inter-
pellati ad reddendam causam hoc solum respondebant ipsum dixisse. Idem
libro viii°. Pitagoras perfectissimum egiptum petens eorum sacra didicit.
Deinde ad persas profectus magicam artem concepit. Deinde crete leges
cum didicisset ad olimpiacum certamen descendit. Interrogatus quo
cognomine censeretur non sapientem se dixit iam enim illud nomen
vii. viri sapientes occupaverunt sed amatorem sapientie id est philosophum dixit.
Tullius li. de consiliis. Tauromitanum iuvenem libidine flagitiorum
cum audisset pitagoras ad hostium meretricis insanire iussit psaltriam
canere spondeum et ita eum ad sanitatem mentis revocavit. Hug. cont. 10.
Timeus scribit pitagore filiam virginem choro virginum prefuisse et
castitatis eas instruxisse doctrinis. **De preceptis et enigmatibus eius. xxv°**

Lege oraciunculam quam ad ... zalias in qui sola liberorum mencio
sit revolue dialogos tullii respice oram honorum ytalie que
quondam magna grecia dicebatur pitagoreorum dogmata incisa pu-
blicis litteris era cognoscens. Cuius sunt illa id est ita pauseamata
sone pitagore in quibus omnia breviter eius dogmata continentur.

Itaque pitagorica sunt ista precepta fugienda sunt omnibus modis et absci
denda languor a corpore imperitia ab animo luxuria a ventre a civitate sedicio
a domo discordia et in commune a cunctis rebus intemperancia. Pitagorica
sunt et hec amicorum omnia esse quia et amicum scriptum est alterum. Duorum
temporum maxime quendam curam mane et vespere i. eorum que acturi
sumus et eorum que gessimus. Post deum veritatem colendam que sola homi
nes deo proximos facit. Illa quoque enigmata que diligentissime aplic
in libris suis persequitur. Stateram ne transilias i. ne preter equitatem iusticiam.
Ignem gladio ne fodias i. iratum et tumidum animum verbis maledicis
ne lacessas. Coronam minime carpendam i. leges urbium conservandas.
Cor non comedendum i. merore animum compellendum. Cum profectus fueris ne
redeas i. post mortem vitam istam ne desideres. Per viam publicam ne
ambules i. ne multorum sequaris errores. Hirundinem in domo non su
scipiendam i. garrulos et verbosos homines sub eodem tecto non habendos.
Oneratis supponendum onus deponentibus non concedendum
i. ad virtutem incedentibus augenda sunt precepta tollentes se ocio
relinquendi sunt. Apud grecos primus pitagoras invenit immorta
les esse animas et de aliis corporibus transire ad alia. Primo se dicit fuisse
Euforbum. Secundo Calidem. Tercio Hermotimum. Quarto Pirrum. Ad extre
mum pitagoram. et post certos temporum circulos ea que fuerint rursus
fieri. Nichil in mundo videri novum. Philosophiam meditacionem
esse mortis. Cottidie de carcere corporis nitentem animam educere libertatem.
Mathesim sapientiam inscripsit i. discencias reminiscencias esse. Et multa
alia que plato in libris suis et maxime in fedrone timeoque pro
sequitur. De discipulis eius capitulum xxvi.
Ipse namque plato post achademiam et innumerabiles discipulos sequens multos sue domus doctrine
sibi ut ad magnam greciam ubique ab archita tarentino et timeo locrense
pitagore doctrina erudiretur elegantiam et leporem socratis cum
hiis miscuit disciplinis. Idem contra iovinianum. Inutile est arbor
videre per que aliquis captivus est et eorum te comprimeto quantumque quibus
difficulter caveas. Nam et pitagore huiusmodi frequencias declinan
tes in solitudine et desertis locis habitare consueverant. Idem est. Certum
Pitagoricorum disciplina est tacere per quinquennium et postea eruditos lo
qui. Seneca de beneficiis libro vij. Pitagoricus quendam emerat
a sutore phecasia rem non magnam non presentibus nummis. Post aliquot
dies venit ad thabernam redditurus. Et cum clausam diu pulsaret
fuit qui diceret. Quid perdis operam. Sutor ille quem queris
elatus combustus est quod nobis fortasse molestum est qui eternum
nos amittimus. Tibi minime qui scis futurum ut renascatur. Socraticus
at pitagoricum at philosophus nummos tres aut quattuor denarios non invitus
manu deinde retulit subinde concutiens. Deinde reprehendisset
hanc suam tacitam non reddendi voluntatem intelligens arrisisse sibi
illud lucellum redit ad eandem tabernam ait. Ille tibi vivit redde quod
debes. Deinde per clostrum quo se commissura laxaverat quatuor
denarios in thabernam immisit ac iussit. Penas a se exigens impro
be cupiditatis ne alieno assuesceret. Item Pitagoras dicebat amicicie
esse armoniam. Deinde amicicias unum ex pluribus facere. In pitagorici

Vades se pro Sybariti tyranno dederunt. Valerius libro v°. Damon et
Phintias Pythagore discipuli tam fidelem inter se iunxerant amicici-
am ut cum alterum ex hiis Dionisius Siracusanus interficere vellet et is
tempus ab eo impetrasset quo priusquam periret domum profectus ordinaret res suas impe-
trasset alter vadem se pro eius reditu tyranno dare non dubitavit.
Appropinquante autem prefinita die nec illo redeunte unusquisque stultitie
tam temerarium sponsorem dampnabat. At is nichil se de amici constan-
cia metuere predicabat. Eodem itaque momento et hora a Dionisio consti-
tuta qui eam acceperat supervenit. Et admiratus tyrannus amborum
animum supplicium fidei remisit rogavitque insuper ut ipsum in societatem
amicicie tercium sodalicii gradum reciperent rogavit. Hee vires ami-
cicie mortis contemptum ingenerare, vite dulcedinem extinguere, crude-
litatem mansuefacere, odium in amorem convertere, penam beneficio
pensare potuerunt. Comestor. De regno duorum magorum in per-

sidem. xxvii.

Post Cambisem vero de viii magis qui perfidiam in
regnum meditabant regnum obtinuit. Justinus libro 1°. Cambi-
ses quidem per quietem vidit fratrem suum Mergim regnaturum
quo somnio exterritus non dubitavit eum occidere adhibito mago
quodam carnarii delegit Cometem nomine. Interim ipse gladio
suo sponte evaginato in femur graviter vulneratus occubuit.
Quo nuncio accepto magus ante amissi regis occupat facinus
prostratoque Mergide cui regnum debebatur fratrem suum subicit Oro-
pasten. Erat enim oris et corporis liniamentis Mergidi consimilis. Cum-
que nemo oculatior fuit quod apud Persas persona regis sub specie maiestatis
occulitur. Igitur magi ad favorem populi conciliandum tributa et milicie
vacationem in triennium permittunt ut regnum quod fraude quesierant in-
dulgentie largicionibus confirmaret. Que res suspecta primo Hortano
nobili viro et in coniecturis sagacissimo fuit. Itaque per internuncios
querit de filia que inter regias pellices erat an Cyri filius rex esset.
Illa nec se scire ait nec ab alia posse cognoscere quia singule
separatim recluduntur. Tunc pertractare caput dormienti iubet. Nam
mago illi Cambises aures utrasque absciderat. Sed de inde persolida-
tior sine auribus regem esse optimatibus Persarum rem indicat
et in eius cedem sacramento conveniunt. Septem autem conscii fuere huius coniurationis
qui ex continenti occultato sub veste ferro ad regiam pergunt et ob-
viis interfectis ad magos perveniunt. Qui duos de eis interfecerunt
tandem ipsi corripiuntur a pluribus. Quorum alterum Gobrias medium
amplexus cunctantibus sociis ne ipsum pro mago transfoderent quia res in
obscuro loco gerebatur vel per suum corpus adacti mago ferrum iussit.
Fortuna tamen regente illo incolumi magus interficitur. Actor.
Regnaverunt itaque duo magi fere vii menses. Josephus contra Iovi-
nianum libro ii°. Eubolus narrat apud Persas tria genera fuisse magorum
quorum primos qui sunt doctissimi et eloquentissimi excepta farina
et olere nichil ad victum capere. Valerius libro ii°. Perse non aspi-
ciunt liberos suos antequam vii annos expleverint quo parvulorum
amissionem equiore animo sustineat. Justinus ubi supra. De regno

Darii filii Ytaspis xxviii.

Occisis autem magis magnum quidem
gloria occupati principum regni fuit sed multo maior in eo

quod cum de regno ambigerent concordare inter se non poterant. Erant enim virtute
et nobilitate ita pares ut difficilem consiliis ipsorum electionem equalitas fa-
ceret. Ipsi igitur viam invenerunt qua de se iudicium religioni et fortune
committerent. Pacti quoque inter se sunt ut die statuta omnes equos ante
regiam primo mane producerent et cuius equus ante solis ortum hinnitum
primum edidisset is rex esset. Nam Persae solem unum deum esse credunt
et equos eidem deo sacratos ferunt. Erat inter coniuratos Darius Ystapsis
filius cui de regno sollicito equi custos ait si ea res victoriam mo-
raretur nihil negotii superesse. Per noctem deinde equum pridie constitutum
diem ad eundem locum duxit ibique eque admittit ratus ex voluptate
venere futurum quod evenit. Postera die ad statutam horam conve-
nerunt omnes. Darii equus agnito loco ex desiderio femine statim hin-
nitum edidit et sequentibus aliis felix auspicium domino primus emisit.
Tanta autem moderatio ceterorum fuit ut audito auspicio confestim equis
desilirent et Darium regem salutaverunt. Cognatio tamen Darii iuncta cum
pristinis regibus fuit et mox in principio regni Cyri filiam in matri-
monium accepit. Auctor. Igitur post duos magos interfectos Darius
filius Ystapsis qui et ipse fuit unus de vii magis cepit anno
quinte etatis hominum mundi vero iii. cccc. xlii. regnavit annis xxxvi.

De similitate. Comestor. Zorobabel cum Dario et solutione questionis

Huic Dario familiaris erat Zorobabel filius Salathiel cum [illegible] xxix.
cum interdixisset Cambises reedificationem templi ascendit ad eum Zoro-
babel. Et prius Darii inveniens tempestatem quidem animum regis mutare
sed non potuit. Et tunc persuasit Dario serviens ut voveret votum
deo suo quod si eum regem faceret restauraret eius templum et universa
vasa domini que adhuc erant penes reges Persarum remitteret in Iherusalem.
Cum audisset itaque Zorobabel hunc regnare fiducialiter aggressus est
reedificare templum Aggeo et Zacharia exhortantibus prophetis. Cum predica-
bant deum eis offensum eo quod habitarent in domibus laqueatis et domus
domini esset desolata. Hoc autem signum ire dei dicebant. Persuadebant
autem et insurgebant contra principes regis Persarum qui erant trans
flumen interdicebant reedificationem. Cumque audissent sermones Iuda
quod deus prius hoc eis parabat. Cui in prophetas et conditores placuit
utrisque ut res ad Darium referretur. Et ascendit Zorobabel cum nunciis prin-
cipum ad regem et honoratus est ab eo super quam sperabat. Ita ut in cubi-
culo regis dormiebat cum aliis duobus cubiculariis. Porro Darius
rex cenam exhibuit satrapis Persarum et prefectis Indie et Ethiopie et
centum viginti septem provinciarum. Ea nocte expergefactus noctem duxit
in sompnis et proposuit questionem tribus custodibus corporis sui quod de tribus fortius
videretur rege scilicet vino et mulieri promittens munera et honorem ei qui
sapientius diceret. In crastinum coram satrapis et magistratibus accessere
illi tres. Et ait primus regem esse fortiorem ceteris. Cum enim homo preest
ceteris dominantibus rex preest homini et ad nutum eius omnia fiunt. Secundus
autem pretulit vini fortitudinem quia cum homo preest ceteris animi
fortitudine vinum superat rapiens animi fortitudinem. Zorobabel autem mulieres
fortiores veritatemque asseruit. Nam regibus et hiis qui vites plantant
mulieres vitam contulerunt et alimonia et ad robur usque perducunt
et pro mulieribus dicas ponere non timent homines. Retulit preterea se vidisse

concubinam quandam regis alapas regi imponentem. Cumque illa arrisisset
regem arridentem et ea molesta regem molestum. Sicque post omnia
veritatem dixit esse fortiorem que est immutabilis et sempiterna. De consumma-
tione templi ex precepto darii xxx. fortiorem veritatem esse dixit. Rex

Omnibus autem indicaret omnibus. Ad zorobabel ut peteret ab eo quic-
quid vellet. Et postulavit zorobabel templi reedificationem
et vasa domini remitti in iherusalem. et gavisus est rex. Nam idipsum vo-
verat se vovisse. Et scripsit per epistolam principibus suis trans flumine ut
nullatenus impedirent iudeos sed de scriptibus regis iuvarent eos
Et remisit quos vasa domini per manum zorobabel. Cum reditum facientibus
per caldeam contribulibus suis regis mandata patefecit et ascenderet
multi. venientes ad eo. Igitur anno secundo darii mense viii instabant
operi et compleverunt illud anno vi darii qui erat xl ab initio regni per-
sarum. Ergo illud xlvi annis edificatum est templum secundum illam sententiam
qua dedit cyrus reedificandi templum usque ad vi
annum darii quo consummatum est tot anni fluxerunt. Convenerunt autem
filii israel ad dedicationem templi et dedicaverunt illud mense xii qui apud
latinos martius dicitur xxiii die mensis hic est hora dedicato. Et ce-
lebraverunt filii israel phase secundum legem domini. De archa vero quando
receperunt nam incertum est. Sed si verum est quod epyphanius dixit
eam usque ad ultimum diem non egressuram de latibulo petre
verum est quod hebrei instar prioris edificaverunt altare. Nam ma-
thathias qua tulerunt romam de iudea leguntur translata et archa
domini et candelabrum et mensa. Eusebius in cronicis De nece hip-
parci et hippie xxxi filii pisistrati arnomo aristogiton hipparcum

Anno secundo darii. Et hippiam tyrannos interfecerunt et leena
meretrix amica eorum cum tormentis cogeretur ut socios proderet
linguam suam morsu dentium amputavit. Anno eodem xv reges
rome defecerunt pulso tarquinio superbo. Cum compaluit annis
CC xl sive ut quibusdam placet et plurimis. Pulsis autem regibus
viri usque ad xb. lapidem romani tenebant imperium. Post ex-
actos itaque reges primum consules abinde ceperunt. Deinde tribuni
plebis ac dictatores et rursum consules rem publicam obtinue-
runt per annos fere CCCC lxiiii usque ad iulium cesarem qui
primus singulare arripuit imperium. Valerius libro vii. Brutus
cum rege tarquinio avunculo suo omni nobilitatis indolem excepi-
ret et actos et fratrem suum qui vegetioris ingenii erat interfectum
videret obtusi se ex cordis simulavit. Profectusque est delphos cum tar-
quinii filiis. Et cum venientibus illis ab appolline quis eorum rome
regnaturus esset et accepto responso qui ante omnes osculum matri de-
disset brutus perinde ac si casu lapsus de industria oscula-
tus terram. Tullius de divinacione. Hinc tarquinius de bruti ambiguitate
consultatum dixisse fertur tunc primum se intellexisse quos fidos habuisset
annos quos infidos cum in venientis gratiam deferre posset.

De democrito et heraclito philosophis Eusebius in cronicis xxxii.

Hoc tempore democritus physicus et heraclitus tenebrosus et anaxago-
ras physicus clari habentur. Eschilus quoque tragediarum scriptor
agnoscitur auctor. De democrito philosopho refert agellius in libro

noctium acticarum quod ratione abducentes fuerit et doctissimus. Hic de
primo[genitus] suum relinquens patribus civibus athenas profectus et ibi oculos sibi
eruit ut negociatores cogitationes haberet. liberius tamen dicitur cum oculos
sibi eruisse ne videret bene esse malis civibus. Tertullianus autem
dicit quod ideo excecatus fuerit quia mulieres sine concupiscentia aspicere non
poterat. Porro multo sibi oculos eruit qui magicas tenebras
oculis humanis immiscuit. Dicit autem ysidorus quod artem magicam
multis seculis post zoroastrem democritus ampliavit, quando ypocrates
medicine disciplina effloruit. Seneca in epistola viii democritus
ait. unus mihi pro populo est et populus pro uno. Boecius in prologo de arte
musica ut sese corporis affectus habet ita eius pulsus cordis amoti-
bus incitantur. Quod democritus ypocrati medico tradidisse fertur
eo enim quod in sanando cives democrita civibus et amatibus incusto-
dia medendi causa inferret. Lactancius in l. de falsa sapientia laudatur
democritus quod agros suos relinquit eosque pascua publica
fieri passus sit. Probare quidem si donasset. Sed nichil sapienter
fit quod si ab omnibus fiat inutile ac malum sit at hic negligencia
tollerabilis. Quid ille qui patrimonium in nummos redactum effudit
in mare. Rector. Ipse heraclitus ut ait Augustinus dixit omnes deos
constare ex igne sicut pitagoras ex numeris epicurus ex atho-
mis idem ut ait macrobius dixit animam esse scintillam stel-
laris essencie. fuerunt autem ut testatur idem macrobius duo heracli-
ti unus qui dictus est physicus cognominatus et heraclitus tenebrosus
et alter qui ponticus appellatus qui dixit quod animam lucem esse.
Seneca. Heraclitus cui cognomen fecit oracionis obscuritas ait
unus dies par omni est. Idem. In idem flumen bis descendimus
et non descendimus. Ieronimus contra iovinianum libro i° heraclitum cognomento
scothynon sudantes philosophi vix intelligunt. Augustinus de civitate dei libro viii.

## De anaxagora philosopho et heschilo poeta xxxiii

Anaxagoras auditor fuit anaximenis hic vero omnium quas
videmus effectorem divinum animum sensit et dixit ex infinita materia
que constaret similibus inter se particulis rerum omnium quibus ex hiis singula
fierent sed animo faciente divino ad hec in metha[phisica] libro x° anaxa-
goras dicebat quod homo est mensura omnium rerum. Valerius in libro viii
anaxagoras interroganti cuidam quisnam esset beatus nemo inquid
ex hiis quos tu felices existimas sed eum in illo numero reperies qui
ex miseriis a te constare creditur. Non enim erit ille divitiis aut hono-
ribus habundans sed aut exigui ruris aut non ambitiose fidelis
doctrine fidelis et pertinax cultor in secessu quia in fronte beatior
erit. Anacharsis leges aranearum telis comparabat. Nam ut infir-
miora animalia retinent et valenciora transmittunt ita et hiis humiles
ac pauperes videntur constringi divites ac potentes non alligari. Idem in
libro viii° anaxagoras post longam peregrinationem studio sapiencie
impensam reversus ad possessiones suas desertas vidit
non essem inquit ego salvus nisi iste periissent. Demmatus in epistolis
anaxagoram phisicum quibusdam de filii morte ad disputationibus
non retraxit. Item valerius libro v° Anaxagoras audita

morte filii nichil inquid inopinatum nuncias. Ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem. Hanc vocem si quis efficaciter recepit non ingredibit ita liberos esse procreandos ut meminit sic mori neminem qui non vixerit ita ac nullique vivere posse qui moriturus non sit. Horatius pulvillus cum Iovi pontifex edem dedicaret et in sollempnium nuncupatione verborum postem teneret mortuum esse filium suum audisset nec manum a poste removit nec multum a publica religione ad privatum dolorem deflexit ne patris magis quam pontificis partes egisse videretur. Augustinus de civitate dei xviii li. Cuius tunc anaxagoras atheniensis reus factus sit quia dixit solem lapidem ardentem esse negans utique deum cum in eadem civitate gloria floruit epicurus vixitque securus non solum solem vel ullum sydus deum esse non credens sed nec iovem vel ullum deorum omnino in mundo habitare contendens ad quem preces hominum supplicationesque pervenirent. Boecius li. i. de consolatione. Quod si non legisti anaxagore et socratis venenum zenonis quoque tormenta tunc Lector. Ex hiis patet quo genere mortis mortuus sit anaxagoras iste quia Nam de veneno mortuus est ut testatur Boecius. et ideo si venenum datum est tamen reus mortis ut ait Augustinus quia solem dixerat lapidem ardentem quem athenienses deum esse credebant. Hic anaxagoras ut dixit augustinus successorem habuit archelaum qui fuit magister socratis. Cum archelaus de particulis inter se similibus quibus singula quoque fierent ita putaret constare omnia ut his inesse mentem diceret que corpora eterna i. illas particulas coniungendo et dissipando ageret omnia. Heschilus autem tragediarum scriptor casu mirabili mortuus fuisse legitur. Refert enim valerius libro nono quod quadam die in sicilia menibus urbis in qua morabatur egressus aprico in loco resedit. Super quem aquila testudinem ferens elusa capitis splendore erat enim capillis vacuum perinde atque lapidi eam illisit ut fracte carne vesceretur. Eo ictu vere principium fortioris tragedie extinctum est. Eschilus mors.

## De strage persarum in bello marathonio xxxviii

Anno darii xix° bellum in marathone gestum est et ea que de militia describunt. et aristide qui cognominatus est iustus. Justinus libro ii°. Darius rex persarum cum filie Jancyri scitharum regis petitas nuptias non obtinuisset bellum ei intulit armatis quoque dcc milibus hominum sciciam ingressus est. Non facientibus autem scithis pugne potestatem metuens ne interrupto ponte histri reditus sibi intercluderetur amissis lxxx milibus hominum trepidus refugit. Que iactura habundante multitudine inter dampna numerata non est. Inde asiam et macedoniam domuit et ionas navali bello superavit. Cognitoque quod athenienses ionibus contra se auxilium tulissent omnem impetum belli in eos convertit. Quo audito athenienses a lacedemoniis auxilium petierunt. Interim cum viderent reges quadam religione teneri nacta

occasione non expectatis lacedemonijs instructis x. milibus ciuium
et plateensibus auxiliaribus mille aduersus dc. milia hostium in cam-
pis marathonijs in prelium egrediuntur. Miltiades dux belli erat
et auctor non expectandi auxilij qui tanta fiducia ceperat ut
plus presidij in celeritate quam in socijs duceret. Tanta igitur in pugnam
euntibus animorum alacritas fuit ut cum mille passus inter duas
acies essent citato cursu ante iactum sagittarum ad hostes uenerint.
Nec audacie eius euentus defuit. Pugnatum enim est tanta uirtute
ut hinc uiros inde pecudes putares. Victi persae in naues fugerunt
ex quibus multe suppresse multe capte. In eo prelio themistoclis
adolescentis gloria emicuit et prelij in immeabilis cedes cum fugientes
hostes ad naues egissent onustam nauem dextra manu te-
nuit nec prius demisit quam amitteret qua amissa sinistra quoque
nauem tenuit quam et ipsam cum amisisset ad postremum morsu
nauem detinuit. Sicque nec cedibus fatigatus nec duabus manibus
amissis uictus truncus ad ultimum ueluti rabida fera dentibus
dimicauit. Ducenta milia persarum eo prelio siue naufragio ceciderunt.
Eusebius in iiii°. **De morte valerij consulis et de gelone siracusa-
no et aristide iusto. xxxv.** Cuius collega adeo pauper mortuus est
Anno darij xx°. Valerius brutus ut sumptu publico sepeliretur. Va-
lerius etiam publius valerius consul romanorum adeo plebis fauorem
dilexit ut inde publicola cognominatus sit. Idem edes suas in
medio foro dirui fecit quia nimis excelse super ceteras apparebat
quantumque domo inferior tanto gloria superior euasit. Eusebius in
cronicis. Anno darij xxvij°. gelo obtinuit siracusas. Vale-
rius libro iiij°. Siracusis cum tota gelonis regis stirps uiolen-
tissimis consumpta cladibus ad unicam filiam virginem armoniam
esset redacta et in eam crebri ab inimicis impetus fierent nutrix
eius equalem illi puellam regio cultu ornauit et hostium
gladijs subiecit. Que cum nec ferro quidem trucidaretur tamen nec
condicionis sue docuit admirata illius animi armonia reuocatos
interfectores confessa que esset in cedem suam conuertit. Eusebius
in iiii°. Anno darij xxxi°. aristides cum ignominia ciuita-
tum rector fit depressa lege compulsus eo quod plus modico iustus erat.
**De regno xersis filij darij Justinus libro ii°. xxxvi°.**
Darius autem decessit relictis multis filijs et in regno et ante re-
gnum susceptis. Ex quibus artemenes maximus natu etatis
priuilegio regnum sibi uendicabat. Xerses uero sibi de nascendi
felicitate. Nam dario priuato natus erat ei artemenes. xerxi uero
autem iam rege xerses. Et ideo dicebat fratribus ante regnum natis
priuatum quod darius tunc habuisset iure deberi. Sibi autem regnum
tandem primum suum artaferne iudicem. Elegerunt concordi animo atque
tam grauiorque fuit ut nec victor insultauerit nec victus doluerit
Sed et ipso litis tempore munera sibi inuicem mittebant. Iocunda quoque
inter se non solum sed et credula et quinimo habebant. Judicium quoque
eorum sine arbitris uel sine conuicio fuit. Tanto moderacione tunc fratres

inter se maiora regna dividebat que nunc cognita prioma primitur-
berdinense. Igitur Xerses filius Darij Persarum quintus cepit anno quin-
tatis c. Mundi iiii^m CCCC. lxxxviii. et regnavit annis xx. Valerius
libro ix. Hic adeo luxuriosus erat ut edicto premium ei proponeret qui novum
voluptatis genus invenisset. De bello Xersis contra grecos et victoria
Hic Xerses bellum Iustinus ubi supra. Spartanorum xxxvii.
apud susceptum adversus Greciam per quinquennium instruxit. Sed ubi
primum didicit Demaratus rex Lacedemoniorum qui apud Xersem exulabat
amicitior patrie post fugam quam regi pro beneficia ne inopinato bel-
lo opprimerentur omnia in tabulis ligneis magistratibus perscripsit et scripturam
cera superinducta texit. Quibus missis heredibus Gorgone uxor soror
regis Leonide consilium scribentis iubet. erasaque cera consilium detexit
Valerius libro i. Xersi Lacedemonie invadente consilium agitanti animum
impaternam infusum in sanguine non semel sed iam ac tercio quo consi-
lio. Cuius dire monitu e ab incepto destitit. Idem in libro vii. Xer-
ses Grecie bellum indicturus convocatis Asie principibus ne viderer inquit
meo tantum usus consilio vos contraxi. Ceterum mementote parendum
nobis magis esse quam suadendum. Seneca libro vi. de beneficiis.
Cum bellum Grecie indiceret Xerses animum tumentem oblitumque quam cadu-
cis confideret nemo non impulit. Cum alii undique iactarentur
Demaratus Lacedemonius solus dixit ipsam illam quam sibi
placeret multitudine indigestam et gravem metuendam esse ducenti
Non enim vires habere sed pondus immodica nunquam regi posse nec diu
durare quicquid regi non potest. Orosius habuit igitur Xerses in exer-
citu dccc.^a milia armatorum de regno et ccc.^a milia de auxiliatoribus
rostratas naves mille ccc.^as onerarias tria milia. Adversus
tantum exercitum Leonida rex Spartanorum cum iiii^or tantum milibus
armatorum in angustiis Thermopilarum obstitit. Triduo continuo non
duorum pugna sed unius populi cedes fuit. Quarta die cum videret
Leonida hostem undique circumfundi socios hortatur ut se ad melio-
ra tempora reservent. Ipse cum DC tantum viris DC milium castra
irrupit ipse quorum ipsi Spartanos adiuvat continuis cedibus suis
plurimum a principio noctis in maiorem partem diei tractu. Postremo
Spartani vincendo fatigati mortui inter mortuos ceciderunt. Ubi ceci-
dit ille clarissimus Lacedemoniorum dux Leonida illa famosissima
incitamenta. Prandete milites tamquam apud inferos cenaturi. Iustinus
libro ii. Interim Xerses mittit iiii^or milia armatorum Delphos
ad templum spoliandum qui omnes imbribus et fulminibus deleti sunt
Porro initio belli consulentibus Spartanis Apollinem Delphicum
responsum fuerat aut regi Spartanorum aut urbi cadendum.

De navali prelio contra grecos et fuga Persarum xxxviii.

Xerses autem duobus vulneribus amplius acceptis navale certamen
experiri statuit. Adventante autem Xerse consulentibus Atheniensibus
pluribus oraculis Delphicum responsum fuerat tandem muniret ligneis
tuerentur. Sed Themistocles dux navium providum intellectum persuasit
Atheniensibus et sociis urbibus ut naves conscenderent. Probatoque consilio
coniuges et liberos cum preciosissimis rebus abditis in insulis relicta.

urbi se mandat. Itaque xerses despiciatas athenas vacuas hominibus
incendit. Et quos ferro in homines non poterat igne in edificia grassatur. Conserto autem navali prelio ipse in littore spectator pugne
resedit. Arthemidora autem vel sicut alibi legitur arthemisia regina
alicarnasi que xersi in auxilium venerat inter primos duces acerrime pugnabat. Cum vero anceps pugna esset Iones iuxta preceptum
themistoclis se paulatim certamini subtrahere ceperunt. Quorum defectio
ceteros aliorum fregit et persas iam diu fugam circumspicientes apte
fuge suasit. In qua fuga multe naves merse multe capte sunt.
Plures autem seviciam regis timentes domos dilabuntur. Inito consilio
regis exercitus mardonio traditur. Ipse cum paucis aditu in ponte construxerat profectus est. Sed cum pontem hibernis tempestatibus solutum
vidisset piscatoria scapha trepidus transiit. Talis fuga fuit regis
cuius tam terribilis fuerat adventus. Hanc eius fugam prelatam signaverat monstruosus ille partus eque que in eius exercitu vulpem
peperat. Orosius libro ii°. Pedestres quoque copie que ducibus
commisse fuerant labore ac metu distabuerunt. Et ingravescente
morbo tanta pestis tantaque feditas morientium exorta est ut
vie cadaveribus replerentur. Dire et alites atque immunde bestie escarum
illecebris sollicitate morientibus insequebantur. Exercitum Mardonius cum olinthum grecie oppidum expugnat. Athenienses ac in
varia sollicitatione adducere conatus spe pacis aggressus est. Rursum
ut vidit inexpugnabilem libertatem incensa urbis parte qua
edificaverat omnem belli apparatum in boeciam deducit. Illuc
quoque centum viginti milia grecorum insecuti sunt. Et commisso sic
mardonium deletis eius copiis cum paucis fugere compulerunt. Castra
regis opibus referta ceperunt non pro quibusdam antique industrie
dampno. Nam consequenter post divisionem auri persici prima grecie
virtus corrupta fuit. Bene. ii e. Itaque victa xersem tenus
cognitum ea que demaratus predixerat accidissent xerses pudore quam dampno amplior demarato gratias egit quod solus ei
verum dixisset et permisit petere quod vellet. Petiit ille ut sardes
maximam asie civitatem curru vectus intraret rectam capite tiaram gerens. Id soli datum regibus. Dignus fuerat premio ante
quam peteret. Sed quam inhabile genus in quo non erat qui verum
diceret regi nisi qui non dicebat sibi. Iustinus libro ii°. De principatu themistoclis in grecia. xxxix. ∴ agetur cum iudicio

Confecto autem bello tam diuturno atheniensium virtus
ceteris prelata est. Inter duces quorum themistocles princeps civitatum testimonio iudicatus gloriam ~~sue~~ patrie sue auxit.
Huius enim themistoclis adholescentia tot viciis impudicitie subdita
fuit ut eum pater abdicaret mater quoque suspendio vitam finivit. Hic est themistocles qui cum quidam consuleret de filia sua utrum
eam pauperi sed ornato an locupleti parum probato collocaret
respondit. Malo virum pecunia quam pecuniam viro indigentem.
Idem theatrum petens cum interrogaretur cuius vocem audire illi

futura esset gravissima vidit a quo artes eius optime carerent.
Actor. Ex quo intelligitur cum illo cupidinem glorie fuisse. Hic tamen
themistocles postea ut legitur a persarum rege xerse susceptus ad
inducendum illum bellum inferre atheniensibus ne aut desereret
bene de se meritum aut oppugnaret patriam suam magnesie ha
usto tauri sanguine mortuus. Valerius libro vi°. Quis the
mistocle adolescentia attingere sine patris approbatione abdicationis
in ingenue notam sine matris suspendio finite vita propter filii
turpitudinem exactam ad omnem postea generum igitur consanguineum
clarissimis contulit medium europe et asie vel spei vel desperationis
pignus fuit hic qui cum salutem sue patrie habuit illa victorie
vadem assumpsit. Idem libro viii°. Cuius industria themistocles
qui maximarum rerum cura distentus omnium tamen civium suorum nomina
comprehendit. Post summam iniquitatem patria compulsus et ad xersem
quem paulo ante devicerat confugere coactus prius quam in eius conspectum
veniret sermone persico se assuefecit. Cuius utriusque industrie laudem
duo reges partiti sunt cyrus omnium militum suorum nomina mitridates
xxii gentium que sub regno illius erant linguas ediscendo. Tul
lius in li° de amicicia. Quis clarior in grecia themistocle quis
potencior. Qui cum imperator bello persico greciam servitute liberasset
propter invidiam in exilium expulsus esset ingrate patrie iniuria
m non tulit quam ferre debuit sed fecit id quod xx annis ante apud
nos fecerat coriolanus. His adiutor contra patriam inventus
est nemo itaque mortem sibi uterque acivit. Idem libro iii° de officiis.
Themistocles post victoriam eius belli quod cum persis fuit dixit
in concione se habere consilium rei publice salutare sed id sciri non
opus esse. Postulavitque ut aliquem populus daret cum quo communicaret
datus est aristides. Huic ille classem lacedemoniorum que sub
ducta erat ad gytheum clam incendi posse dixit. Quo facto
frangi opes lacedemoniorum necesse esse. Quod aristides cum audis
2 set in concionem magna expectacione venit. Dixitque perutile esse
consilium quod themistocles afferret sed minime honestum. Ita quod
athenienses quod honestum non esset id ne utile quidem putaverunt
totamque eam rem quam ne audierant quidem auctore aristide
repudiaverunt. Melius hii quam nos qui piratas immunes
socios vectigales habemus. Eusebius [illegible]. De pindaro et sopho
cle et euripide poetis. xl. Sophocles et euripides clarent.

Temporibus xersis pindarus tamen dicit solinus allexandro
Actor. Pindarum hunc poetam aminthe filius domus liberalissime
tenuisse. Cui alexander adeo devotus fuit ut apud delphicum ap
pollinis delphicos statuas aureas dono mitteret. Idem dicit pindarus
quidam loco a castore et polluce in spectantibus cetere convivis vo
catus et mox eo egresso super ceteros residentes triclinium collap
sum. Valerius libro ix°. Pindarus cum in gignasio super gremium
pueri quo unice delectabatur capite posito quieti se dedisset

placidum fine accepit Neque enim prius decessisse cognitum est quam cum
signa stratocles claudere iam eum locum volente nequaquam excitare
Tullius in libro de senectute Sophocles ad summam senectutem trage-
dias fecit. Valerius libro viii°. Sophocles etate iam senior cum
ab eo quidam quereret an etiam rebus venereis uteretur dixit meliora
inquit libenter vero istinc tamquam a aliquo furiosa dominatione profugi
Idem ix libro Sophocles iam senex tragediam quandam in certamine
miserat. Cumque suspensus ancipitis certaminis eventum suam
audiuit se una sententia vicisse et pre gaudio expiravit. Auctor.
Solinus narrat quod cum lisander athenas obsideret et sopho-
cles tragicus in civitate corpus iaceret liber pater ducem monuit
permitteret sepeliri delicias suas sinet. Et cum prius hoc nomine
despiciat quam lisander cognovisset quis abisset et quid animum
posceret indutias bello dedit usque dum congrue sepultus talibus
exequiis donaretur. Boecius de consolatione iii° libro Euripidis probo
sententiam qui carentem liberis infortunio dixit esse felicem
Valerius v° libro Cum euripides a cena regis archelai domum rediret
canibus dilaceratus est Crudelitas fati ingenio tanto non debita
Auctor. Idem archelaus ut ait Solinus adeo dilexit euripidem
ut ei summa consiliorum committeret. Qui audita eius morte crinem
suum totondit. Dicitur tamen senecta diu cum scripsisse metu repentine
eclipsis solis. Eusebius etiam. Eo quoque tempore herodotus hystorie
scriptor agnoscitur. Rome virgo vestalis sinna deprehensa in stupro
viva defossa est. De nece xerxis et regno Justinus libro iii° artha-
bani et arthaxerxis. xli. gentium bello in grecia infeliciter gesto
Xerxes autem terror antea etiam suis contemptui esse cepit. Et de fi-
ciente regis cotidie maiestate arthabanus prefectus eius in
spe regni adductus cum robustissimis vii filiis aulam regis in-
gressus vesperi que illi iure amicitie semper patebat rege tru-
cidato filios eius dolo aggreditur. Securus de artaxersi puerulo
regem a dario sive suo interfectum. Et sic impulit eum in necem fratris
innocentis qui dormiens inventus quasi somnum fingeret interfectus est.
Cum ergo arthabanus solum illum de regiis filiis semper esse videret
metueretque de regno certamina principum assumpsit in societatem consilii
bacabasum. Qui presenti statu contentus rem prodidit artaxersi quo
pater et frater occisi sunt. His cognitis artaxerses verens numerum
filiorum arthabani in posterum diem paratum exercitum armatum iubet
recogniturus et numerum militum et in armis industriam singulorum. Cum-
que inter ceteros ipse arthabanus armatus assisteret rex simulat se
breviorem loricam habere et iubet arthabanum secum commutare. Quo exuen-
te se atque inermato gladio traicit et filios eius corripi iubet.
Et sic adolescens egregius et cedem patris vindicavit et se ab insi-
diis liberavit. Xerxes igitur regnavit ǭṗzz vel arthabanus mensi-
bus vii. Post hunc vero arthaxerses qui longimanus cognomina-
batur cepit anno quinte etatis xxxv° mundi vero iiii. C.C.C.C.

xxviijo et regnauit annis xl. Justinus ubi s. De pericle et sopho
cle duabus atheniensibus xliij. Eius pericles et sophocles
Hijs temporibus duces eliguntur athe. scriptor tragediarum contra
thebanos in lacedemonios. Cumque lacedemonij agros atheniensium
populauerunt agros periclis intactos reliquerunt sperantes se acquirere
illi posse aut periculum comunicandi aut ex suspicione prodicionis inuidiam
Quod pericles aut prouidens et futurum populo predixit et ad inuidie de
clinandum impetum agros ipsos dono rei publice dedit. Valerius
libro viijo. Pericles sub anaxagora preceptore summo studio instructus
regit athenas et resumit arbitrio suo. Cumque aduersus voluntatem populi
loqueretur iocunda autem illorum et popularis eius vox erat ita quod veteris
comedie maledica lingua quamuis potenciam viri perstringere cupie
bat tamen in labijs eius melle dulciorem leporem fatebatur habitare
et in animis eorum qui illum audierunt quasi aculeos quosdam relinqui
predicabat. Senex enim quidam pisistratum tyrannum iuuenem audiuisset nichil nisi quod
ille armatus hic sine armis tyrannidem gessit. Tullius in libro de
officijs. Cum pericles et sophocles ad colloquendum de consolibus publice
simul conuenissent et casu pulcher adolescens transiret ait sopho
cles. Optimum pulcrum puerum. Audit pericles. Cui pretorem decet non
solum manus et lingua sed et oculos habere continentes. Comestor.
Hoc tempore natus est socrates. lapis quidam formam casmaniam
imaginem aurum de celo cecidit. De esdra propheta et gestis
Hoc tempore esdras aaronita legem secundam aeral eius xliiij.
dictis reparauit. Nouas quoque literas leuiores excogitauit. qui faci
liores ad scribendum sicut et ad pronunciandum et propterea velox scri
ba dictus est. addit etiam quedam de suis secundum titulos psalmorum et plura
que leguntur interpretatione. Sic quoque creditur et quedam que scriptura
in libris exposuit opere subtraxisse. Tradunt et quod modo scribendi ab
2 tera in sinistram cum iudeis tradidisse. Cum prius ab modo arau
2 ticum scripti tenebant. sed et scriptura cornuato solet dici. Scribebant
enim a sinistro termino in dextrum et a dextro redeundo scribebant in
sinistram forte per illum modum scribendi prophetauit ut fertur. eo quod in eo
quod uideo perficeret in missa per translacionem libri de dextra in sinistram
Porro esdras impetrauit graciam in oculis artaxersis et petijt ab eo
licenciam ascendendi in urbem ut in lege qua eruditus erat populum suum
erudiret. Dedit ergo ei rex licenciam redeundi et tradidit epistolam ad princi
2 pes trans flumen et ad custodes arche publice ut traderent esdre
necessaria ministros vero templi ab omni vectigali tributo et annonis
absoluit. Dedit etiam esdre potestatem amouendi et constituendi iudices
et presides trans flumen secundum sapienciam suam et puniendi contumaces. Et
sunt cum eo ibi .octo. Et venit in urbem mense quinto et soluerunt
tribus diebus. Quarto die obtulerunt in domo domini. que secum
tulerunt. Tunc admiratur esdras sacerdotes principes et leuitas ut
eijcerent vniuersi vxores alienigenas et eos qui de hijs nati
erant. Glosa super malachiam. Nam vxores suas quibus venissent de
babilonia ea principes et sacerdotes quam reliquerant amplius que pau
pertate et labore vie infirmitate vel deformitate contraxerant videbat

et filiabus alienigenarum etate vel diuiciis florentibus se copulauerant vi-
cendi exortis querelis corripuit sic et malachias eos propheta ut
reiectis alienigenis antiquas uxores reciperent. Eusebius mad.

De empedocle et permenide philosophis xliiii. Boecius i

Eo tempore empedocles et parmenides philosophi agnoscuntur. prologo de arte
cinnupica. Empedocles cum eius hospite gladio quidam simili-
dus in uacuo quod ille eius precum accusatione dampnasset insiluisse
dicitur. modis canendi et ita adolescentis iracundiam temperasse. aristoteles
in libro de uegetabilibus. Tria sunt ut ait empedocles in tota rerum
ualetudine. propria scilicet nobilis affluencia. comptus future felicitatis appetitus
mentis illustracio. Cum nos primus nichil honestius secundo nichil felicius
tercio nichil ad amborum adepcionem efficacius. Idem in metha[phisica] libro ii
Empedocles supponit quod lis est causa corrupcionis et opinio eius est
estimauit quod omnia generat ista lis preter unum et quod omnia preter
deum ab illa facta sunt. Sequitur quod scilicet est generacio omnium que fue-
runt uel sunt uel erunt et quia si lis non esset in rebus omnia
essent unum. Sed lis cum sit in rebus disgregat eas et non sinit
coniungi. Sequitur et quod amicicia est causa per qua omnia sunt unum
Vincencius. Cumenti empedocles cur uiuit inquit
ut astra et speciam celum subtrahe nullus ero. Actor. hic est empe-
docles qui fecit deum ... describere. Deus inquit est spera cuius
centrum est ubi circumferencia nusquam. hic toto sese athenienses de eorum
diis dedit et ut refert lactancius mortem sibi intulit eo quod
ethnicas eorum aras supplicabatur. Dicit tamen macrobius eum dixisse animam
sanguinem esse in quo sua sunt et enthias. Permenides autem legis-
lator in tempore tantasi locum tenuit. Eusebius mad.

De x. viris rome scribendis et legibus deputatis et de appio claudio. xlv.

Eodem tempore scilicet anno xiiii. artaxersis. ccc.º iiº. ab urbe condita
decem uiri creati sunt post annum electi sunt iterum appium
claudium qui uirginiam cuiusdam filiam contra latinos male gerens mi-
litantis uoluit abducere. Actor. Romani autem decem uirorum ponit
ysidorus in libro v.º capitulo pº. Primus Numa pompilius qui romulo
successit primus leges romanis edidit. Deinde cum propter plures sedicioses ma-
gistratus sufficere non posset decem uiros legibus scribendis creauit
qui leges conditas solonis in latinum sermonem translatas xii. tabu-
lis exposuerunt. Fuerunt autem hii. appius claudius. genucius. ueterius.
iulius. manlius. sulpicius. sextius. curacius. romulus. postu-
mius. Orosius libro iiº. Potestas x. virorum tradita constituendarum legum
actitarum grandem magnam perniciem rei publice in texit. Nam
cum primus decem uirorum ceteris cederet solus appius claudius continu-
auit sibi imperium. Statimque aliorum coniuracio subsecuta est ut mo-
re contempto quo in signe imperii penes unum potestas qui erat
omnes omnia propriis libidinibus agitarent. Itaque ceteris ceteri cum in
solemnissime cuncti consumebant repente singuli cum duodenis
fascibus ceterisque imperatorum insignibus processerunt et nouo in
gressu ordinacionis incepto oblicata religione consulum

cumarit agmen tyrannorum duabus tabulis legum ad decem priores
additis agentes in solennissimo fastu. Forma die quo deponere ingra-
tus eos erat cum ceteris insignibus. possidit maximam et Appii clau-
dii libido arripit in virginiam qui ut legum semper inservret fuis servi-
tutis iam intulit. Quam obrem ad actum virginius pro dolore libertatis
et pudore de corpore contractam ad pistrinum filiam in conspectu populi primus
prida peremit. Qua populus indignatione atrociter permotus cupido libertatis
sed montem aventinum occupavit armatus. Nec tunc
libertatem armis desistit cum per quam se coniuratorum conspiratio opis quoque
honoribus abdicavit. Valerius. Virginius filiam suam in medio foro
occidit malens eam occisam quam virginis corrupte patrem. Eusebius maxime.
Romani autem per legatos ab atheniensibus iura petierunt ex quibus
xii tabule conscripte sunt. Hoc quoque tempore Zeno et Heraclitus tene-
brosus agnoscuntur. Anaxagoras moritur. Aristarchus tragediographus
agnoscitur. Cratinus et plato comediarum scriptores. artes quoque
comicus et Thucydides historicus clari habentur.

De neemia et reedificatione murorum iherusalem xlvii°

In anno xx° regis artaxersis erat
pincerna regis neemias de filiis captivitatis. Qui dum esset in susis
castro audivit peregrinos hebraice loquentes. Et accedens sciscitatus
est ab eis de statu iudee et urbis et accepit ab eis urbem esse sine
muris et civitatem iuxta populum dei in afflictione. Nam per diu sustine-
bant impetus hostium et noctibus intrabant latrunculi et plateas
implebant cadaveribus occisorum. Et flevit neemias et diu desi-
derabiliter ad quem nocte et die clamans ad dominum. Sciscitata est
causa rex tempore vescendi sibi constituto dedit ei epistolam ad prin-
cipes transflumen in qua mandabat de honore exhibendo neemie
tamquam duci et legato misso de latere eius et de impendiis urbis
reedificande. Et misit cum eo principes militum et equites. Et visitans
fratres ex babilone multos de filiis captivitatis secum adduxit
et venit in urbem xx° v° anno regni artaxersis secundum iosephum.
Porro in urbe summus erat sacerdos eliasiph filius eliachim.
Et fuit neemias tribus diebus et nocte consurgens cum paucis cir-
cuibat ruinas murorum considerans qualiter reedificari possent.
Quarta die locutus est ad multitudinem venite reedificemus
et non simus ultra in obprobrium gentibus. Et consummatum est opus per
annos duos et iiii or menses licet in multa angustia et pluribus
impedimentis. Primo enim finitime nationes in medium forti aggre-
diebantur. Nos Neemias vero mediam partem populi armatam sta-
tuit per circuitum ut sustinerent impetus aggressorum. alia vero me-
dia pars edificabant una manu componentes lapides et altera gladium
tenentes. Porro secundum intercessit impedimentum. Orta est enim fames in
terra et obligaverunt se plures debitis sub usuris multa. Sed agros et vi-
neas et ornamenta domus compulsi sunt et tandem et filios et filias.
Tercium tamen fuit impedimentum quod principes transflumen qui invidebant
ei corruperunt muneribus quosdam seniorum qui erant de iudeis
ut eum morti traderent seu proderent. Sed cum neque id vanis
eum terrebant rumoribus ut sic ab opere cessaret. Cum multa

fingerent in hunc modum. Nec prevaluerunt quia manus domini erat cum
eo. Postquam autem edificatus est murus, quia nimis erant habitantes in
Iherusalem, precepit ut clauderentur porte ante solis occasum, nec aperirentur
ante solis calorem. De lectione legis in festo scenophegie. xlviij.

Cum imminet mensis vii. qui scilicet apud eos totus sollempnis est
convenerunt in Ierusalem quasi vir unus. Et accepit Neemias quod non
habebat ignem de sublimi. Tradiderant enim ei a senioribus quod Ieremias in
diebus captivitatis absconderat stipites altaris et prunas in [illegible]
hie in valle Iosaphat. Cumque venissent ad locum invenerunt
puteum et invenerunt stipites et prunas et aquam crassam. Et tollentes
eam super strue lignorum et hostias que erant super altare asperserunt.
Et exarsit ignis. Et orabant sacerdotes Ionatha incohante, ceteris
respondentibus. Neemias quasi spiritale edidit orationem. Porro prima
die scenophegiarum dixerunt Esdre ut afferret librum legis et legeret
coram populo. Stetitque Esdras super gradum ligneum vero portam
aquarum, id est portam atrii secus quam erat latior, et legit de mane
usque ad medium diem. Levite vero xii. silentium faciebant in populo.
Flebant autem omnes audientes. Et dixit ad eos Esdras: Nolite contristari,
quia sanctus dies domini est. Cumque audissent in die secundo mandatum
Esdre, egressi sunt et tulerunt frondes arborum et fecerunt sibi tabernacula
in atriis et domatibus suis et in atriis domus dei, quod non fecerant
a diebus Iosue filii Nun. Et observatum est diebus septem. Die vero
octavo fecerunt collectam, vero vitulum ad holocaustum et panes propositionis et
lignea et spatia. Post hec vero legem separaverunt alienigenas ab eorum
et in emendationem sui statuerunt in crastinum generale ieiunium ut affli-
gerent animas suas homines et iumenta usque ad pueros septennes. Et
convenerunt viri ad audiendum legem quater in die et quater in noc-
te, lectione finita confitebantur, plus adorandum et flebant pectora
super eum et tandem benedicto sacerdotes est ex his ut dicit Beda tra-
traxit exemplum. Nam clerici conveniunt ad ecclesiam si non primum
eo vero quos illi. Semel in nocte surgimus ad nocturnos secundum illud:
Media nocte surgebam ad confitendum tibi. In die vero septies psallimus secundum illud:
Septies in die laudem dixi tibi. Singulis autem horis legitur lectio quam
capitulum dicimus. Post psalmum ad preces dicimus, ex his et subdit orationem per
benedictionem. De muri dedicatione. xlix. Habitantibus rogavit

Porro videns Neemias urbem fere vacuam optimates ut habita-
rent in Ierusalem. Et benedixit eis qui se sponte obtulerunt. Reli-
qua vero multitudo misit sortem et decimum caput sibi quod sorte cadit
fecit habitare in Ierusalem. Post aliquod tempus congregati sunt in Ierusalem ad de-
dicationem muri. Et ascenderunt sacerdotes et levite cantoresque cum
musicis et psallentes et incedebant per muros. Esdras vero precedebat.
Neemias autem et optimates cum eo super altitudinem parietum muri incede-
bant psallentes. Reliqua vero multitudo sequebatur eos super terram
et ducebat choros. His completis rediit Neemias ad regem anno
xxxii. regni sui. Et mortuus est Esdras in senectute veneranda
et in urbe [illegible] sepultus in Ierusalem. Hunc quidam Hebreorum
autumant fuisse Malachiam, sed Malachias post regressum captivitatis

natus est in medio in sophis. Hic quia vite optime fuit et aspectu decoris populus appellavit Malachiam i. angelum. Tradunt etiam quod quod prophetie dicebat eadem die angelus dei apparens iterabat. Hector. **De spe iustorum et glorie celestis que revelata sunt Esdre .xlix.** Qui vulgati sunt

Preter duos autem Esdre libros canonicos apud nos extant etiam tres alij scilicet 3 et 4 et 5 nomine eiusdem intitulati sed inter apocrifa reputati. De quibus tamen quia veteres auctores videntur eorum aliqua sumpsisse testimonia pauca sub breviter excerpsi. Ex .iiii. li.

Ego vos in siti manna dedi aqua de petra produxi propter estus folijs arborum vos texi. Noluistis me audire transferam me ad gentes alias et dabo eis nomen meum. Rogavi vos ut pater filios et ut mater filias ita vos collegi ut gallina filios suos sub alas. Dies festos vestros et circumcisiones carnis repudiavi. Ungentes annuncia populo meo quia dabo eis regnum Ierusalem quod daturus eram Israel et assumam mihi gloriam eorum et dabo eis tabernacula eterna que preparaveram illis. Resuscitabo mortuos de locis suis quoniam cognovi nomen meum in illis. Noli timere mater filiorum quia te elegi. Paravi tibi arbores xii gravatas varijs fructibus et totidem fontes fluentes lac et mel et montes vii immensos habentes rosam et lilium in quibus gaudio replebo filios tuos. Orphanum tuere nudum vesti debilem cura. Claudum irridere noli mortuum sepeli et dabo tibi sessionem in resurrectione mea. Alij plorabunt et tristes erunt tu autem hilaris et copiosa. Manus mee tegent te ne filij tui gehennam videant. Filios tuos dormientes memorare quia educam eos de lateribus terre et misericordiam cum illis faciam quia misericors sum. Ego Esdras accepi preceptum a domino in monte Oreb ut irem ad Israel ad quos cum venirem reprobaverunt me et respuerunt mandatum domini. Ideoque dico gentes que intelligitis. Expectate pastorem vestrum requiem eternitatis dabit vobis quoniam in proximo est ille qui in fine seculi adveniet. Parati estote ad premia regni quia lux perpetua lucebit vobis per eternitatem temporis. Fugite umbram seculi huius accipite iocunditatem glorie vestre. Ego testabor salvatorem meum. Commendatum a domino accipite et iocundamini gratias agentes ei qui vos ad celestia regna vocavit. Surgite et state et videte numerum signatorum in convivio domini qui se de umbra seculi transtulerunt et splendidas tunicas a domino acceperunt. Recipe Syon numerum tuum et conclude candidatos tuos qui legem domini compleverunt. Filiorum tuorum quos optabas plenus est numerus. Ego Esdras vidi in monte Syon turbam magnam quam dinumerare non potui et omnes canticis collaudabant dominum. Et in medio eorum erat iuvenis statura celsus eminentior illis omnibus et singulis eorum capitibus imponebat coronas. Tunc interrogavi angelum. Qui sunt hi. Et dixit. Hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt et immortalem sumpserunt confessi sunt nomen domini modo coronantur et accipiunt palmas. Et dixi. Ille iuvenis quis est qui eis coronas imponit et palmas in manum tradit. Et dixit. Ipse est filius dei quem in seculo confessi sunt. Ex libro v. **Querela Esdre de paucitate beatorum et de multitudine reproborum .l.**

Anno xxx° ruine civitatis eram in Babilone conturbatus

Super cubili meo recumbens quia vidi desolationem Syon et habundanciam eorum qui habitabant in babilone. Et cepi loqui ad altissimum verba timorata et dixi. Domine qui plantasti terram solus et imperasti populis dereliquerunt te qui habitant arbem facientes sed adam et tradidisti civitatem in manus inimicorum. Et dixi tunc in corde meo. Numquid meliora faciunt qui habitant in babilone. propter hoc dominabuntur Syon. Cumque venissem huc vidi impietates quarum non est numerus et quia pepercisti impie agentibus et non perdidisti populum tuum. Nunc ergo gens alia cognovit te preter israel. homines quidem promissa invenies servasse mandata tua gentes autem non invenies. Et respondit angelus ad me missus cui nomen oriel. Excedens excessit cor tuum in hoc seculo et comprehendere cogitat viam altissimi. Tu quoque tua sunt tecum cognita. Et dixi. Quid prodest nobis vivere in tristicia et mortuos sperare punitionem. Quid prodest si promissum est nobis immortale tempus nos vero mortalia opera gessimus et quia super stellas fulgebunt facies eorum qui abstinentiam habuerunt nostre vero facies super tenebras nigre erunt. Et respondit. hec est cogitatio certaminis ut si non vicit homo paciatur quod dixisti. Si autem vicerit recipiet quod dico. Quomodo autem dat terra multo magis unde fiat vas fictile prima aut pulvis. unde fit aurum sic pauci salvabuntur. Nam agricola multa seminat super terram et multa plantat sed non omnia in tempore salvabuntur nec radicabunt. Tu autem pro te intellige de similibus tuis inquirere gloriam vobis apertus est paradisus plantata est arbor vite preparatum est futurum tempus preparata habundancia edificata est civitas probata est requies perfecta est bonitas. Infirmitas extincta est a vobis et corruptio in oblivionem transierunt dolores et manifestum est thesaurus immortalitatis. Noli ergo adicere in inquirendo de multitudine eorum qui pereunt. Nam et accipientes libertatem spreverunt altissimum et legem eius contempserunt. adhuc autem et iustos eius conculcaverunt. Et sicut nos suscipient que preparata sunt sic eos sitis et cruciatus que preparata erant. Et dixi. Ecce domine demonstrasti michi signa que facies in novissimis sed non demonstrasti quo tempore. Et respondit. Tempus in quo incipiet altissimus visitare seculum quod videbitur in seculo commotio locorum turbatio populorum inconstancia ducum. Et omnis qui poterit effugere per opera sua vel per fidem in qua credidisti relinquetur de predictis periculis. et videbit salutare meum in finibus meis. Tunc mirabuntur qui nunc vias meas abusi sunt et cruciamentis morabuntur. Et qui non cognoverunt me viventes beneficia consecuti et qui adhuc habentes libertatem et erat eis apertus penitencie locus non intellexerunt sed spreverunt eos oportet in cruciamento post mortem cognoscere. Consideravi namque seculum et ecce perditum erat orbem et ecce erat periculum. Et pepercit eis nimis valde et salvavi michi acinum de botro et plantationem de tribu multa. Pereat ergo multitudo que sine causa nata est et servetur acinus meus et plantatio mea quia cum multo labore perfeci hoc. Quod in tempore illis ostensa est desolacio et reedificacio urbis. li.

Et perrexi sicut dixit michi in campum ardad et sedi ibi in floribus et de herbis agri manducavi. Et post vii. dies

disturbente me sup(er) sermo(ne). Itera sicut antea turbatu(m) e(st) cor meu(m)
Cu(m)q(ue) loquerer altissimo in corde meo respexi et vidi mulierem in
dextra p(ar)te dolentem et plorantem cu(m) voce magna cuius vestimenta
discissa et cinis sup(er) cap(ut) eius. Et dixi ei. ut quid fles et quid pas
sa es. Audi me. Sterilis fui d(omi)ne h(ab)ens maritum annis xxx quibus
nocte et die deprecante me d(omi)num. tandem exaudivit me et dedit
michi filium et iocundata sum sup(er) eum valde et nutrivi eu(m) cu(m) multo
labore. Cumq(ue) crevisset et uxorem accipere voluisset feci diem epuli. Et
cum in talamum suum introisset cecidit et mortuus e(st). Et surrexerunt
omnes homines ad me consolandum et quievi usq(ue) ad aliam noctem.
Tunc omnib(us) quiescentib(us) nocte surrexi et veni in hunc campum
et fugi. Et cogitavi iam non redire sed h(ic) consistere ac sine cibo et potu
luge(re) donec moriar. Respondi ad eam cu(m) ira et dixi. Stultissima mu
lier n(on) vides que nob(is) contigerunt quia Syon mat(er) om(n)i(u)m n(ost)r(u)m humilia
ta e(st) luge(re) valdissime et omnes lugemus et tristes sumus. Interroga
n(unc) terram et dicet q(uod) h(ec) e(st) que luge(re) debeat quia ipsa omnes nati
et ecce omnes pene in perditionem. Tunc ergo dicet. s(ed) luge(re) magis op(or)t(et) h(anc)
que tantam multitudinem p(er)didit. quam tu que p(ro) uno filio doles. Nunc
itaq(ue) contine dolorem tuum et fortit(er) fer qui tibi contigerunt casus et ingredere
civitatem ad virum tuum. Et dum loquebar ad eam subito facies eius re
fulsit valde ita ut paverem. Et emisit vocem magnam terribilem ita
ut commoveretur terra a sono. Et ecce mulier amplius non apparebat sed
e(t) civitas edificabatur. Et timui vocem magnam cecidi q(uas)i mortuus et
dixi. Ubi e(st) Uriel qui me fecit huc venire. Et venit angelus confor
tavit me. Et ait. Mulier que t(ibi) apparuit ipsa e(st) Syon sup(er) quam lugebas
valde q(ue) trib(us) annor(um) stetit o(mn)ib(us) sterilis i(d est) absq(ue) oblatione fuit et t(em)p(or)e
Salomonis qui edificatur et obtulit q(uas)i filium peperit qui nutrivit in Ierusalem
q(uas)i mortuus mortuus cecidit. Nunc aut(em) conspicies eam q(uas)i civitatem
edificatam. Noli ergo timere sed ingredere et vide splendorem et edificii
magnitudinem. In nocte aut(em) crastina ostendet tibi altissimus que faciet
in novissimis. Revelacio eiusdem de adventu iudicis et de x tribub(us) [illegible]

Secunda ig(itur) nocte audi somnium ecce ascendebat aquila de mari
cui ale erant xii. et tria capita expandebat alas suas in omnem
terram et omnes venti celi insufflabant in eam et colligebatur etc. Cumq(ue) vision(is)
interpretationem requirerem dixit ad me. Aquila h(ec) e(st) regnum quartum q(uo)d visum
e(st) Danieli fr(atr)i tuo. Vir aut(em) que(m) vidisti ascendentem de corde maris ipse
e(st) que(m) conservat altissimus multis temporib(us) qui p(er) semetipsum liberabit crea
turam suam. Et quia vidisti de ore eius exire ut spiritum et ignem et tempe
statem bellabit. cives contra civitatem regnum ad gentem et regnum adversus
regnum. Et tunc revelabit(ur) filius meus et colligetur in unum multitudo
innumera. Ipse aut(em) stabit sup(er) cacumen Syon et ostendetur omnibus parata
et edificata sicut vidisti montem sculpi sine manib(us) arguetq(ue) im
pietates gentium que advenerunt et improperabit eis mala cogitamenta
eorum et cruciamenta quib(us) incipient cruciari. Et quia vidisti eum colligentem
ad se aliam multitudinem pacificam. Hee sunt x. tribus que captive duc
te sunt a Salmanasar rege Assiriorum. Sed dantes sibi consilium ut derelicta
multitudine gentium proficiscerentur in ulteriorem regionem unq(uam) ab hominib(us)
inhabitatam ubi(que) servarent legitima sua per angustos introitus fluminis

Introierunt facere altissimo et tunc eis signa et statuere venas fluminis
in superpositione eorum et inhabitaverunt ibi usque in novissimo tempore. Et nunc
iterum ceperint venire, statuet venas fluminis ut possint transire. Ideo autem vidi-
sti virum ascendentem de corde maris, quia non potest quis scrutari vel scire
quid sit in profundo maris si non potuerit super terram conspicere vel scire
meum vel eos qui cum eo sunt nisi in tempore diei. Tunc sinent tempora que tunc pro-
dit seculum iuventutem suam et quanto in validum fiet a senectute tan-
tum multiplicabuntur et super inhabitantes mala. Nunc ergo dispositione
domum tuam et corripe plebem tuam et consolare humiles eorum et dimitte
a te mortales cogitationes et proice abs te pondera humana. Depone iam
infirmam naturam et festina transmigrare a temporibus hiis. De hiis que scripsit

ex precepto domini. liii.

Et respondi et dixi. Ecce domine abibo sicut precepisti
mihi et corripiam presentem plebem. Qui autem iterum nati fuerint
quis commonebit? Positum est enim seculum in tenebris et qui habitant in eo sine
lumine, quia lex tua incensa est propter quod nemo scit que a te facta sunt vel
que facienda. Si ergo inveni gratiam coram te, inmitte spiritum sanctum domine
et scribam omne quod factum est in seculo ab initio quod erat in lege tua scriptum
ut possint homines invenire semitam et qui voluerint vivere. Et dixit
ad me: Vade, congrega plebem et dices eis ut non querant te diebus xl. Tu autem
prepara tibi buxos multos et accipe tecum v viros scribas velociter et venies
huc. Et ego incendam in corde tuo lucernam intellectus que non extinguetur
quousque finiantur que incipies scribere. Congregavi itaque plebem et dixi:
Patres nostri peregrinati sunt in Egypto et inde liberati acceperunt legem vite
et data est nobis terra in sortem. Et nos et patres fecistis iniquitates et ablatum
sit a vobis in tempore quod donaverat. Et nunc si imperaveritis sensui vestro et
erudieritis cor vestrum vivi post mortem misericordiam consequemini. Iudicium enim
post mortem veniet quando reviviscemus. Et tunc iustorum nomina apparebunt
et impiorum facta ostendentur. Nemo autem me accedat ad me diebus xl. Et
accepi sicut viros sicut mandavit et profecti sumus in campum et man-
simus ibi. In crastino autem vox vocavit me dicens: Aperi os tuum et bibe.
Et ecce calix porrigebatur mihi plenus sicut aqua, color autem eius
sicut ignis. Et cum bibissem cor meum eructabat intellectum et aperuit
os meum. Altissimus quoque dedit v viris intellectum et sederunt xl diebus
et scribebant, nocte autem manducabant panem. Ego autem per diem loquebar
et nocte non tacebam. Scripti sunt in xl diebus libri [illegible] [illegible].
Et dixit mihi ut que prius scripseram in palam ponerem ut legerent digni
et indigni, novissimos autem lxx traderem sapientibus de populo. In hiis non sapie[n]-
[illegible] Eusebius [illegible]. De ypocrate medico et gorgia rethore. liiii.

Anno artaxersis xxxv. Sophocles et [illegible] tempestate
[illegible] et ypocrates medicus et gorgias et zeno et parmenides
philosophi insignes habebantur, euripides quoque tragediarum scriptor. Auctor. De
sophocle et parmenide et euripide iam est dictum. De zenone
autem infra et nunc de aliis dicamus. Ieronimus in quodam sup. Gen. Scriptum
reperitur in libris ypocratis quod quedam suspicione adulterii fuerat pu-
nienda cum pulcherrimum peperisset utrique parenti dissimilem, nisi memora-
tus medicus solvisset questionem monens querere ne talis pictura esset
in cubiculo. Que inventa mulier a suspicione liberata est. Auctor.

Gorgias autem predictus non est ille gorgias epirota de quo refert valerius
libro i°. quod dum inter mortua funera portaretur uteri lapsus inopinato va-
gitu ferentes stare coegit. Sed est gorgias leontinus de quo refert idem
valerius in libro viii°. quod sapientissimus sui temporis fuit ut questione pro-
publice posita proponeret se omnibus dicturum. cui statua eius aurea
honore constituta fuit ad oraculum delphicum vel nemus dodoneum. De
hoc refert tullius in libro de senectute quod magister socratis fuit et quod
centum et vii. annos complevit nec umquam in suo studio atque opere cessavit
Cui cum ab aliquo quereretur cur tam diu vellet esse in vita. Nichil
inquit habeo quod accusem senectutem. Ieronimus libro i°. contra iovinianum. Gor-
gias rethor librum pulcherrimum de concordia grecis inter se dissidentibus
recitavit olimpie. Cui melancius inimicus eius. Hic nobis inquit de con-
cordia precipit qui se et uxorem et ancillam tres in una domo concorda-
re non potuit. Emulabatur quippe uxor eius ancille pulchritudinem
et castissimum virum cottidianis iurgiis exagitabat. Eusebius in cronicis.

De prothagora sophista lv.

Eodem tempore claruit prothagoras
sophista cuius libros athenienses decreto publico combusserunt
Actor. De hoc refert agellius libro v° noctium atticarum quod cum se in disci-
plina dederit euthalus adolescens ad discendam eloquenciam mercedem
grandem pepigit quam ei pro pretio se daturum quo primum die
causam apud iudices orasset et vicisset. Cumque ille diu profecisset in
facundia causas non reciperet prothagoras ex pacto mercedem petere insti-
tuit et litem cum euthalo contestatur. Cumque ad iudices committende cause
gratia venissent prothagoras ait. Redde michi quod peto sive contra te
pronunciatum fuerit sive pro te. Nam si contra te iudices ex sententia pronuncia-
verint debebitur quia ego vicero. Si vero pro te iudices ex pacto debebitur quia
tu viceris. Cui euthalus. Disce magister utroque modo fore ut non
reddam quod petis sive contra me pronunciatum erit sive pro me. Nam
si pro me nichil tibi ex sententia debebo quia ego vicero. Si autem contra me nichil
debebo quia non vicero. Iudices hoc inexplicabile rati rem in iudicatam
reliquerunt causamque in diem longissimam distulerunt. Huius autem
prothagore cuius libri combusti sunt non legi. Eusebius in cronicis.

De socrate philosopho et eius studio ac libris lvi.

Anno artaxersis xl° socrates philosophus insignis celebratur. Augustinus
in libro de civitate dei viii°. Socrates archelai discipulus fuisse perhi-
betur qui primus universam philosophiam ad corrigendos componendosque mores
flexisse memoratur cum ante illum omnes magis physicis id est naturalibus rebus
perscrutandis operam maximam impenderunt. Non michi autem videtur posse
ad liquidum colligi utrum socrates ut hoc faceret tedio rerum obscurarum
et incertarum ad aliquid apertum et certum reperiendum animum intendit quod esset beate
vite necessarium. propter quam unam tantum omnium philosophorum vigilasse ac laborasse
in industria videtur. An non sicut de illo quidam benivolencius su-
spicantur nolebat inmundos terrenis cupiditatibus animos se extendere in
divina conari. quando quidem ab eis causas rerum videbat inquiri quas
primas ac summas non nisi in unius veri ac summi dei voluntate esse
credebat. Unde non eas putabat nisi mundata mente posse comprehendi
et ideo purgande bonis moribus vite censebat instandum ut de-
primentibus libidinibus exoneratus animus naturali vigore in eterna se attolleret.

naturamque incorporei et incommutabilis luminis ubi cause omnium factarum naturarum stabiliter vivunt mundata intelligentie puritate conspiciat. Constat eum imperitorum stultitiam scire se aliquid opinantium etiam in ipsis moralibus questionibus quo totum animum intendisse videbatur vel confessa ignorantia sua vel dissimulata scientia lepore mirabili disserendi et acutissima urbanitate agitasse atque versasse. Unde et concitatis inimicitiis calumpniosa criminatione damnatus morte mulctatus est. In quorum morali disputatione agitur de summo bono. Summum quod sic (?) [illegible] beatus fit. Est autem finis boni quo quis cum pervenerit beatus est. Sed quia in Socraticis disputationibus dum omnia movet asserit destruit quid non evidenter apparuit quod cuique placuit sumpserunt. Inde summum sumpserunt Aristippus in summo bono posuit voluptatem Antisthenes virtutem. Hugo li. in didascalicon. Ethice inventor Socrates fuisse dicitur qui de ea xxiv (?) libros secundum positivam iusticiam conscripsit. Plato discipulus eius in libro primo (?).

De moribus eiusdem. Ieronimus. Socrates Xantippen et Mirtonem (?) neptem Aristidis duas habebat uxores. Que cum crebro inter se iurgarentur et ille eas irridere solitus esset quod propter se fedissimum hominem simis naribus recalva fronte pilosis humeris et repandis cruribus disceptarent novissime verterunt in eum impetum et male mulctatum fugientemque diu persecute sunt. Quodam autem tempore cum infinita convicia ex superiori loco ingerenti Xantippe restitisset aqua perfusus immunda nichil amplius respondit quam capite deterso: Sciebam inquit futurum ut ista tonitrua imber sequeretur. Actor. Idem interrogatus ab Alcibiade cur Xantippen mulierem tam acerbam non abigeret: Quia inquit dum illam domi perfero insuesco et exerceor ut ceterorum quoque foris petulantiam et iniuriam facilius feram. Idem interrogatus cuias se esse diceret, mundanum inquit. Totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur. Nichil autem se scire dicebat nisi hoc ipsum quod nichil sciret. Dicit etiam Seneca quod cum aliquando ab Archelao invitatus ut ad se veniret quo eum honorare posset, Socratem respondisse se ab eo nolle accipere beneficia cui paria reddere non posset. Cassianus in libro collationum. Socratem quidam fisiognomon (?) intuens ait: Oculi corruptoris puerorum. Cumque discipuli irruentes in eum ultum vellent ire illatum ingerens (?) conviciam hac sua illos compescuit: Quiescite sodales quiescite. Etenim sum sed me contineo. Agellius li. 2o. Stare Socrates solitus dicitur pertinaci statu perdius atque pernox a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconivens immobilis isdem in vestigiis et ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus tamquam quodam secessu mentis atque animi facto. Actor. Temperantia quoque eum fuisse tanta traditum est ut omnia fere vite sue tempora valitudine inoffensa vixerit. Idem Macrobius (?). Socrates dicebat multos homines propterea velle vivere ut ederent et biberent, se autem edere et bibere ut viveret. Tertullianus in apologetico. Socrati demonium a puericia adhesisse dicit. Philosophi siquidem deos demones deputant. Socrates vero nox (?) est si demonium permittat. Idem et aliquid de veritate sapiebat deos negans Esculapio gallinaceum

pstari iam in fine inhibat vedo ob honorem spiritus eius quia socratem
appollo sapientissimum omnium censuit. Ob apollinem in consideratum. Sapie testimonium
reddidit hi viro qui negabat deos esse. Idem et corruptor adolescentium
pronunciatus. Ieron. cont. pelag. libro iii.o Cumdiu semper multum sapere non
possimus quod de socrate fertur phi gloriantur quanto magis tanto multa scires scio
nimium sit recordia dicens. Seneca ad lucillum De dictis eius moralibus

Dicebat autem socrates quemque talis velut conversationem faciat tam ...
omnium tu tibi nichil proficies si modo tecum erit vitis. Idem quanto ani
dam cum mutato locorum nichil sibi prodesse ad depositionem morum dicit. Exod
animum nichil tibi peregrinationes prodesse cum te circumferas. Actor. Eius quoque
sententie laudabiles inveniuntur. Iste. melius est tamen quam pauce
tamen multarum verum potestatem hoc cuiuslibet purgare conscientiam debet ut quid
licita corrigit non admittat stultum et ut comparare quis velit cum sibi
ipse comparare non possit. Oriente sole consilium studente quinimmo cogi
tatis age sic alienum ut tuum non obliviscaris negotium amico ita proposito
ne tibi noceas. Exod hec ita velud ut alieno non egeas. Intus quam
alieno labore formam suscipe. Decorare quando retinende modum hic
optimus velox consilium sequitur. Quia magne gratia consilio sunt ... ratio
et ira. Cum amicis breves cenas amicitias longas hic optimus. Negat
sibi ipse qui quod difficile est petit malum alienum tuum ne feceris gaudium
Principium amicitie bene loqui, exordium inimicitiarum maledicere, amicus rad
acquiritur cito amittitur, multa turpius dampnabitur cum delicto cogno
scitur. Conscientiam plusquam famam attende, falli non poterit famam
conscientiam nunquam. Nulli imponas quod ipse pati non possis. Hoc recipe
quod tibi optaveris contulerit. Ipsum laudare minime decet. Sepultum
apud te sermo sit que solus audieris. Si bene egeris ipse tibi propone
auctoritatem dabis. Non gemat qui non pudet delicti ... felicitas
semper subiecta est adversis. Damp. in ... ... ratio valet. Sine sup
nos vel adnos Valerius li. vii.o Socrates non ultra petendum adiis
in mortalibus arbitrabatur quia ut bona tribuerent quia hii demum scirent
quid unicuique esset utile. Idem Socrates humane sapientie ... terrestre
quoddam oraculum compendiaria via eos ad gloriam pervenire dicebat qui
id agerent ut quales videri vellent tales essent. Idem ab adolescen
tulo consultus utrum uxorem ducat an se ab omni matrimonio abstineret
Respondit utrumlibet eorum fecisset acturum penitere. Nam hic te inquit sollicitudo
ibi te orbitas excipiet hic genus extinctus illic heres alienus illic perpetua
sollicitudo continuus querelarum dotis exprobratio affinium grave supercilium gar
rula socrus lingua subsessor alieni matrimonii incertus liberorum eventus.
Actor. Hic dignus esset ... ... ... locis ... ... ... de morte &
simphum in ... suo loco dicendum reservamus Eusebius ...

De regno alterius Xersis et Sogdiani Darij nothi lix.

Post artaxersem regnat xerxes duobus mensibus. Post quem ... Post
qui et vocatus Sogdianus mensibus vii. Cui successit darius cogno
minato nothus. Cepit anno etatis quinte thori ... mundi iii.m d.o xxx...
et regnavit annis xix. Actor. Hic iam est tercius darius a dario medo ter
ni annualis. Nam secundus fuit darius filius ytaspis valerius ante
li. ix.o sic dicit Ochus qui postea darius appellatus est ... Perse
iure iurando obstrinxit ne ... coniuratione que vii. magos.

tu eos oppresserat aut veneno aut ferro aut ulla vi aut inopia alimen-
torum enecaret crudeliorem mortis excogitavit rotam. Septum enim al-
tis parietibus locum cinere complens supposito tigno prominente eos beni-
gne cibo et potione deceptos in eo collocabat qui sompno sopiti
cavillatam insidiosam congeriem decidebant. Hec Valerius. Quis autem
sit iste darius ignoro. Nam nec darius iste loquitur alibi notatus
ochus nec ochus filius artaxerxis darius. Darius quorum filius
ytaspis fuit unus ex vii. magis quorum v. qui duos invaserunt tempore
fuit unus eorum. Tamen duos oppresserunt. Quod ergo velit Valerius per eo-
rum. magos agnominatos eo dario oppressos non satis intelligo. Oro-
sius in libro ii. Huius temporibus gravissimo terre motu concussa sicilia
insuper et estuantibus ethne montis ignibus favillisque calidis cum
detrimento plurimorum agrorum ac villarum vastata est. Tunc et athalante
civitas locris adherens terre contigua repentino maris impetu ab-
scissa atque in insulam desolata est athenienses quorum miserabiles
reliquias pestis invasit diuque desolata est. Eusebius in cronicis.

**De ortu platonis. lx.**

Anno sequenti terre motum qui fuit annus
xvi. darij nothi plato nascitur anno ab ortu socratis xl. ut
dicit hoc loco libro i. Speusippus sororis platonis filius et clearcus
in laude platonis et anaxilides in ii. libro philosophie narracione matrem
platonis fantasmate apollinis oppressam fuisse tradunt propterea
non aliter nisi de partu virginis editum arbitrantur. Valerius libro i. Dor-
mienti platoni in cunis apes mel labellis parvuli inferebat significan-
tes singularis eloquij suavitatem. Apuleius in libro de vita et moribus
platonis. Plato fuit ariscles cognominatus et pater eius ariston dicebatur
neptunum fuit mater eius periccione a solone sapientissimo legum atheni-
ensium fundatore traxit originem. Cum autem ariston pater platonis
deferret eum ad socratem ut ab eo instrueretur. nocte precedente sompnio
viderat socrates quod in sinum eius advolabat pullus cigni colore candidus
et ... cupidinis in achademia et de sinu
suo cantando volabat in celum. Cum ergo vidisset puerum platonem
aperte ad se deferri mox interpretacionem sompnij sui dixit completam esse.
Eusebius in cronicis.

**De alcibiade socratico lxi.**

Anno quinto darij nothi alcibiades profugus abijt ad tisafernem.
Iustinus libro v. Alcibiades ab atheniensibus propter invidiam profugit
ad lacedemonios qui erant hostes atheniensium. Sed ibi apud lacede-
monios ... eius plus invidie contraxit quam gratie. Nam cognito
alcibiades per uxorem agidis regis qua adulterio cognoverat ad
tisafernem prefectum darij regis profugit cui se obsequij officij gracia
et obsequij comitate insinuavit. Erat enim etatis flore et forme
venustate nec minus eloquentia etiam inter athenienses insignis
sed in conciliandis amicitijs quam in retinendis vir melior. Hec ille.
Hic est alcibiades de quo refert boecius in libro de consolacione dixisse
Aristotelem quod si quis linceos haberet oculos ut interiora corporis humani posset
inspicere videret illud corpus alcibiadis quod in superficie pulcherrimum erat

victus esse turpissime. Hic est quorum refert Valerius quod discipulus Socratis fuit
de quo etiam dicit Augustinus. Cumque ad se hominem putaret quod videret dives
et pulcher et eloquens erat Socrates cum eo disputavit et demonstravit
quam miser esset quam stultus esset, et cum suis rationibus eum coagitat
ut ipsum flere cogeret. Agellius. Alcibiades atheniensis cum apud Periclem
avunculum artibus liberalibus erudiretur et accersisset Pericles Antigene
nidam tibicinem ut eum canere tibiis quod honestissimum tunc videbatur
doceret traditas sibi tibias cum ad os adhibuisset inflassetque pudefactus
oris deformitate confregit abiecitque. Ea res cum percrebuisset omnium
atheniensium consensu disciplina tibiis canendi desita est. Iustinus. Comminatus
Alcibiades socraticus victus atheniensibus fugit ad Pharnabazum. Cum
accepto pretio Lysandro Lacedemoniorum principe iussit eum interfici.
Cuius suffocato caput est ablatum et missum Lysandro. Intestinum
corporis reliqua pars corporis iacebat insepulta. Sola igitur concu
bina contra crudelissimi hostis imperium inter hostes et imminens discri
men funeri iusta persolvit mori parata cum mortuo quem vivum
dilexerat. Actor. Hic error. Alii tamen dicunt Alcibiadem seipsum inter
fecisse. Nam xxx. tyranni athenienses cum comperissent eum fugisse
in persas citato itinere miserunt qui eum interciperent a quibus occupa
tus cum aperte occidi non posset vivus in cubiculo in quo dormiebat
crematus est ut aiunt Probus et Orosius. Valerius libro 2° Alcibia
dem quasi due fortune partite sunt altera que ei nobilitatem eximiam
habundantes divitias formam prestantissimam favorem civium pro
pensum summa imperia preripuit cuncta flagrantissimum ingenium
assignaret altera que dampnatione exilium inopiam odium patrie violen
tam mortem infligeret nec autem hec universa sed varia perplexa sicuti
cetera similia. Eusebius in cronicis. De eudoxo astrologo theatro
heraclie et archelao macedone et euripide. lxii.

Anno prefati Darii x°. Eudoxus Cnidius clarus habetur. Petronius.
Hic eudoxus astrologus in conspectu montis tacitus consedit ut astro
aliquos motus deprehenderet. Eusebius in cronicis. Anno prefati Lacede
monii exercitum destinantes Heracleam condunt. Helinandus in cronicis
libro l. In Heraclea fuit theatrum illud mirabile quod inter vii. miracula
mundi quintum ponitur. Nam de uno monte marmoreo ita sculptum est
ut omnes cellule et mansiones et muri et antra bestiarum eiusdem solido
ex lapide facta sint. Est autem totum theatrum super vii. cancros de ipso
lapide sculptos appendens et nemo in gyrum appositum tam secrete aut
solus aut cum alio loqui poterat quin omnes qui in circuitu erant ipsum
audirent. Eusebius in cronicis. Eo tempore Egyptus a persis recessit et quar
tum Egyptiorum renascitur dinastia. Euripides apud Archelaum Socra
tes athenis moratur. Actor. Hic est Archelaus rex macedonum quem ferunt
quodam tempore cum solis facta esset defectio ita timuisse ut se intra regiam
concluserit et filium suum totonderit et vestem lugubrem induerit pu
tans mundum defecisse. Ab hoc eodem Archelao dicitur tempore Socrates aliquando
invitatus ut ad se veniret quatenus eum honorare posset. Socrates vero
dixisse ab eo nolle accipere beneficia cui paria reddere non posset.

Ieronimus contra iovinianum li. 2°. Euripides morsu canis consumptus non solum carnibus sed cortice tibiis abstinuisse refert. Helinandus li. 6°. De Oreste macedone et xxx^ta tyrannis atheniensibus. lxiii.

Anno darii nothi xviii. macedonum xvii regnavit orestes annis tribus tantum anno 3°. mortuus est darius qui ~~[struck]~~ annis ut ait Iustinus et qui eum sequitur orosius. Insignis fuit expugnatione atheniensium et morte illius et eorum dyonisii tyranni. Eusebius dicit dyonisium in tyrannide perseuerasse usque ad olimpiadem. c. iiii. et tunc sicilia pulsum esse. Hiis diebus illi xxx rectores quos supra lacedemoniis relictos memoravimus ad disponendam rem publicam atheniensium conversi sunt ad tyrannidem adiunctis sibi tribus milibus satellitum et decem militibus de exercitu victore. Ieronimus li. 1°. contra iovinianum. Triginta atheniensium tyranni cum phidonem necassent in convivio filias eius virgines ad se venire iusserunt et scortorum more nudari ac super pavimenta patris sanguine cruentata impudicis gestibus ludere. Que paulisper dissimulato dolore cum temulentos convivas cernerent quasi ad requisita nature egredientes in puteum se pariter precipitantes ut virginitatem morte servarent. Ieronimus.

De regno artaxersis qui et assuerus et de ascensu cyri. lxiiii.

Post darium artaxerses qui cognominatus est memnon darii filius cepit anno quinte etatis c° lxxxv°. a mundi vero iii m. d. lxviii° et regnavit annis xl. Comestor qui ab hebreis dicitur assuerus sub quo hystoria hester conscripta est. Regnavit autem qui assuerus ab india usque ethyopiam super c. xxvii provincias et erat insignis tunc solium regni eius. Actor. Iustinus et pompeius trogus dicunt artaxersem istum de concubinis c. et xv filios genuisse. Cui ualde concordat liber hester in quo legitur quod post abiectionem regine vasti per universas provincias quesite sunt et inventae et ibidem puelle speciose et virgines et adducte civitate susan tradite sub manu egei eunuchi qui erat prepositus et custos mulierum regiarum.

Huius anno regni viii° annotatur introitus eusebii cyri regis ascensus de quo scribit xenophon. Sed nec librum illum usquam vidisse me memini nec quis ascensus iste fuerit usquam legi. Eusebius dicit quod xenophon vitam cyri in viii voluminibus descripsit nec non polenta et cardamo et sale et pane victitare persas asserit. Tullius in li° de senectute apud xenofontem cyrus maior moriens dixit. Nolite arbitrari filii karissimi me cum a vobis recessero nusquam aut nullum fore. Nec enim dum eram vobiscum animum meum videbatis. Sed eum esse in hoc corpore ex hiis rebus quas gerebam intelligebatis. Eundem igitur esse credite et si nullum videbitis. Explicit mors. De inventione grecarum litterarum. lxv.

Anno artaxersis x°. athenienses xxiiii litteris uti ceperunt cum antea xvi tantum haberent. Ysidorus li. 1°. Grecarum litterarum usum primi fenices invenerunt. Unde lucanus. Fenices primi fame si creditur ausi mansuram rudibus vocem signare figuris. Hinc est quod fenicio colore capita librorum scribuntur. quia ab ipsis litterarum initium fuerunt. Cathmus agenoris filius grecas litteras a phenice in greciam primus attulit xvii. a. b. c. d. e. p. g. n. i. k. r. a. n. o. p. t.

thys palamedes troiano bello tres adiecit . a . x . w . Post que simoni  [marginal note: fadu .. trades simist. freilicos]
des miles tres alias addidit . y . z . b . Pittagoras aut samius . y . litteram
invenit ad exemplum vite humane . Cuius virgula subterior primam etatem
significat incertam que nondum se dedit aut vicijs aut virtutibus . Bivium
hoc autem adolescencia sit . Cuius dextra pars ardua sed ad beatam vitam
[illegible] sinistra facilior sed ad labem interitum
que deducit . de qua persius . Et tibi qui samios deduxit littera ramos surgentem
dextro monstravit limite callem . Et rursus aut apud grecos hec misticae
tern dextro [illegible] . Prima y que humana vitam significat . Secunda θ que mortem significat . Nam
iudices eandem litteram apponebant ad eorum nomina quos supplicio afficiebant
Et dicitur theta apo tou thanatou . i . a morte . Unde et habet per medium telum quod est
mortis signum . de qua quidam . O multum ante alias infelix littera theta
Tercia τ tau figuram dominice crucis demonstrans . Unde et hebraice signum dicitur . unde
de qua dicitur in ezechiele . Transi per medium civitatis et signa thau in
frontibus virorum gementium et dolentium . Reliquas duas summam et ultimam
sibi vendicat christus . Ipse namque est principium et finis dicens Ego sum α et
ω . Eusebius [illegible] De morte socratis . lxvi .
Anno xi . artaxersis socrates venenum bibit . Orosius libro . ii .
Socrates ille doctor clarissimus pessimo adactus . malis [illegible]
sibi apud athenienses vitam extorsit . Auctor huius Orosius . Socrates in
illegi pro sanitate morum contrastasse ut ei [illegible] venenum propinaretur
sed decepto consilio familiarium suum demonis quem [illegible] . Unde socratis
appellat mortem sibi intulit in amore [illegible] glorie aut timore ma
ioris pene . Tertullianus in apologetico . Socrates in contumeliam
deorum quercum et hircum et canem deierabat . Sed [illegible] damnatum
est quia deos destruebat plane olim . i . semper veritas odio est . Tamen
cum penitentia sine athenienses ut criminatores socratis postea affli
xerunt et ymaginem eius auream in templo collocaverunt rescissa
dampnationis testimonium socrati reddidit . Valerius libro viii . Socrates cum athenien
ses lesa de capite eius sententiam tulissent fortissimo animo constantique vultu venenum
de manu carnificis accepisset admoto iam labris poculo uxore xantipe
pe inter fletum lamentacionem vociferantem innocentem eum periturum . Quid
ergo inquit . Nocenti mihi mori satius duxisses . In amorem sapientie que
[illegible] obliviscendi sui potuit Idem libro viii . Soc
tem [illegible] etate provectum fidibus tractandis operam dare cepisse . Taurus
[illegible] doctrine sue divitijs ex musice [illegible] vilissimo elemento accedere
voluit . Quasi semper ad discendum se pauperem credidit ad docendum locuple
tissimum fecit . Item quid in diversis studijs maxime ardet quod precipue
[illegible] submitti debet non quo evanescat virtus sed quo retineatur altius
[illegible] vitandum altius [illegible] quorum [illegible] appetendum Hec
[illegible] vita inhercium [illegible] ut tempestiva laboris inter
missione negociorum ad laborandum fiant . Horum quippe rerum [illegible]
laboris pacientem esse non sinit . Item quod videtur [illegible] socrates
[illegible] non erubuit cum [illegible] cruribus suis cum parvulis
filiolis ludens ab alcibiade visus est . Homerus quoque non aliud sensit
vehementissimi achillis . manibus canoras fides aptando ut eorum mili
tare robur leni pacis studio relaxaret . Ysidorus libro xviii . Socra
tes [illegible] bibit et expiravit . Auctor Hortensius et aut anno
etatis sue lxxx° sicut cronica . Lactantius in libro de falsa sapientia . Socrates
se [illegible] nisi hoc unum quod nichil sciret . Unde achademicorum disciplina

in tonavit si cum destilla dicit ut ignoranter dicitur docetur Eusebius de.
Eo tempore xenophon galli filius et De xenofonte socratico lxxvii
ctesias tracti socratici clari habentur. actor. De xenofonte refert
agellius quod quidam putaverunt inter ipsum et platonem fuisse rancores et dis-
cordias quia magis assecutus est famam et palmam eloquentie quam omnes
alii socratis discipuli propter plurimum et inter pares semper audet et quedam
simulacio eius dicitur est illa sua quam sibi maledicenti reddidit. Tu vero
maledixisti ego conscia teste didici maledicta contempnere. valerius
li. v. xenophon cum sacrificaret maiorem e duobus filiis in prelio perisse
cognovit. Nec ideo ceptum deorum dimittendum putavit sed tantum
coronam deponere contentus fuit quam usum per civitatem quo ita ius aci
disset ut audivit fortissime pugnante intisse capiti reposuit numina
quibus sacrificabat testatus maiorum se de virtute filii voluptatem quam
de morte sentire amaritudinem. Josephus contra iovinianum li. i. xenofon intra
ipsarum viri. volumnibus de se habuit polenta et cardamo apule et pane
ipsas asserit victitare Eusebius in eo. De diogene et secta cinicorum
lxxviii.
Anno artaxersis xvi. diogenes ciniticus et eudoxus
Astrologus agnoscuntur. Augustinus de civitate dei li. xiiii. Canini
illi. i. cinici philosophi observabant quod humane verecundie canina contra inmun-
dam impudentiamque sunt ut. s. quam iustum et quod fit in uxore pala
non pudeat id agere vivit tamen pudor naturalis opinionem huius erroris
Nam aiunt quod phibent hoc fecisse diogenem apostatum cum cinicis sic affectum
e. Plusque valuit pudor ut erubescerent homines hominibus quam error
ut homines affectarent similes esse canibus. Actor. Tullius dicit cinicos
ab aristippo principium cepisse qui prima virtute censebat esse laudanda quod
efficiens esset voluptatis. Sed hiis inquit obsoletus flores epicurus
cuiusdam fuit admiror. actorque sententie. Macrobius in saturnalibus
Diogenes cinicus cum libertate ingenitus venum ierat. Quem cum emere
vellet xeniades corinthius quid artificii nosset percontatus est.
Novi inquit hominibus liberis imperare. Miratus tunc xeniades
statim eum emisit manu filiosque suos ei tradens accipe inquit
liberos meos quibus imperes. Helinandus xvii. l. De hoc et diogene re-
fertur quod cum aliquis sederet ad solem intercipiendo me et meum cetera actus
cum baculo offenderet ait adeum Tolle inquit oculo tuo baculum
eius oculo primus applaudens. Cumque ille quereret quid ibi faceret Audivit
venenator sum et quos capio non habeo. quos autem non capio hos habeo.
Pediculos enim in vestimento querebat. Et quia quos capiebat obtrunca-
bat eidem dicebat se captos non habere non captos autem habere. huius
quoque diogenis dicitur esse illa sua. Superat conscia quicquid mali conferunt
lingua. De hoc diogene quidam ait hic. Potentior erat diogenes
omnia possidente alexandro. plus namque erat quod iste nollet accipe-
re quam quod ille posset dare. Valerius libro iiii. alexander cum ad diogenem
cinicum accessisset in sole sedente hortaretur eum ut si qua sibi prestari
vellet indicaret mox inquit de sole. Julius apule in eo obstes
Idem diogenes siracusis cum olera ei lavanti aristippus dixisset
si dyonisium adulari velles ita non esses vims inquit si tu ita ede
velles dyonisium non adulares. Tertullianus in apologetico Dyogenes
lutulentis pedibus superbos platonis thoros alia superbia conculcat Item

lis y° contra romam. De eodem et morte ipsius. lxxvi.
Antistenes cum gloriose docuisset rethoricam audissetque socratem
dixisse fertur ad discipulos suos. abite et magistrum vobis querite. ego n-
iam repperi. Statimque vendidit que habebat et publice distribuit nichil
sibi plusquam palliolo reseruauit. Paupertatis eius et laboris xenophon
testis est in symposio et in innumerabilibus libris eius quorum alios philosophi
co alios rethorico genere scribit. Huius diogenes ille famosissimus
sectator fuit potencior rege alexandro et nature humane victor. Na
cum discipulorum antistenes nullum reciperet et perseuerantem diogenem remo-
uere non posset novissime claua minatus est ut abiret. Cum ille sub-
iecisse dicitur caput atque dixisse. Nullus tam durus baculus erit
qui me a tuo possit obsequio separare. De hoc diogene refert satu-
rus quod discipuli pallio duplici vsus sit propter frigus. peram pro cellario habuit
clauam ob corpusculi fragilitatem qua iam senex membra sustenta-
re solitus erat et quia hemerobios vulgo appellatus sit in puteum
hominum. posteas a quolibet et accipiens cibum. habitauit autem in porta-
rum vestibulis et porticibus ciuitatum. Cumque se contorqueret in dolio
volubilem se habere domum iocabatur et cum temporibus commutantem.
Frigore namque os dolii vertebat in meridiem estate ad septentrionem
Et utcumque se sol inclinauerat diogenis simul pretorium vertebatur.
Quodam in tempore habens ad potandum caucum ligneum vidit puerum
concaua manu bibere et elisisse fertur illud ad terram dicens. Nesciebam
quod et natura poculum haberet. Virtutem autem eius et continenciam mors quoque
indicat. Nam cum ad agonem olimpiacum qui magna frequencia
gentis celebrabatur iam senex pergeret febri in itinere dicitur apprehensus accubuisse
in crepidine vie volentibus autem amicis aut in iumento aut in
vehiculum tollere non acquieuit sed transiens ad arboris umbram locu-
tus est eis dicens. Abite queso et spectatum pergite. hec me nox aut victorem
probabit aut victum. Si febrem vicero ad agonem veniam. Si me vicerit
febris ad inferna descendam. Ibique per noctem eliso corpore gutture non tam
mori se ait quam febrem morte excludere. Fulgencius mytholo-
giarum libro. Diogenes cinicus cum dolore renum torqueretur et vidisset homines
ad amphitheatrum concurrentes aiebat qualis hominum stulticia. Currunt specta-
re feras homines repugnantes et me premit cum tali dolore certantem
spectare nemo intromittit. De speusippo platonico et de bello carthaginensi

Anno artaxersis xiiii° speusippus insignis habitus est .lxx.
Auctor. Hic fuit nepos platonis ex sorore. huius legitur esse illa sua
quam in laudantem se protulisse fertur. adulator inquit desine utrumque
falle. Nichil efficis aut te intelligam. Quidam non habent sentenciam
non speusippi dicunt esse sed alterius cuiusdam philosophi nomine diosippi. Anno
quinto eiusdem circa carthaginensium bellum famosissimum fuit. Justinus
libro xviiii° carthaginenses cum diu in sicilia feliciter dimicassent transla-
to in sardiniam bello amissa exercitus maiori parte graui prelio victi sunt.
Propter quod ducem suum malcum cuius auspiciis et sicilie partem domuerant
et aduersus affros magnas res gesserant cum parte exercitus qui super-
fuerat exulare iusserunt. Quam iniuriam cum armis repetentes obse-
derunt dicentes se non oppugnatum sed recuperatum patriam venire cursus

quod de civibus suis non sibi virtute in priore bello sed fortuna defuis-
se. Prohibitis ergo commeatibus urbem in summam desperationem adduxerunt.
Interea Carthalo Malei exulis ducis filius cum praeter castra patris
a Tyro quo decimam Herculis ferre ex praeda Siciliensi quam pater eius ceperat
a Carthaginensibus missus fuerat reverteretur. accersitusque a patre esset
prius se publice religionis officia exsecuturum quam privatae pietatis
respondit. Quam rem quamvis indigne ferret pater non tamen vim religioni
inferre ausus est. Interiectis autem diebus Carthalo petito commeatu
a populo reversus ad patrem ornatusque purpura et infulis sacerdotis. Cum in
secretum abducto ait pater. Ausus ne es nefandissimum caput purpura
et auro ornatus in conspectu tot miserorum civium venire. Statuam
exemplum ne quis postea haud filius infelicibus patris miseriis illudat
atque ita eum cum ornatu suo in altissimam crucem in conspectu urbis
affigi iussit. Non multo post Carthaginem cepit convocatisque auctoribus
exilii sui rectorum suorum urbem legibus suis reddidit. interfectis x.
senatoribus. Non multo post affectati regni accusatus occisus
est a civibus. Hoc dicit Orosius tunc temporibus contigisse Malcho aut
ut eodem loco. Iustinus xviii° li°. Successit imperator Mago
qui primus dum ut ait Iustinus ordinata disciplina militari
Poenorum imperium non minus bellandi arte quam virtute firmavit

De gestis Asdrubalis et Amilcaris lxxi

Hic decedens duos reliquit filios Hasdrubalem et Amilcarem
His duobus Sardinie bellum illatum est. Ubi Hasdrubal graviter
vulneratus occubuit cuius mortem dictature xi. triumphi iiii^or
insignem fecere. In cuius locum successit Amilcar frater eius qui in bello
Siciliensi occisus est relictis tribus filiis Ymilchone Amone Gisgone.
Hunc Amilcarem ut ait Valerius cum obsideret Syracusas dictum est per
sompnium sentiri ut postera die in eadem urbe cenaret. Sed ipsa
secunda fuit non victor sed captivus. Hunc Amilcarem tempore ut ait Iustinus
legati a Dario Persarum rege Carthaginem venerunt afferentes edictum quo
Poeni humanas hostias immolare et carnibus caninis vesci prohibebantur.
Iubebantur quoque mortuorum corpora cremare potius quam terra obruere
petentes auxilia adversus Graeciam. Cui Darius bellum illaturus
erat. Sed Carthaginenses auxilia negantes propter assidua finitimorum
bella ceteris ne per omnia contumaces viderentur cupide paruerunt. Hasdru-
bali autem par numerus filiorum fuit Hannibal Asdrubal et Sappho. Tunc in
Sicilia in locum Amilcaris successit Imilcon. Cui cum nava-
li terrestrique proelio secunda proelia fecisset repente in pestilentis sideris
exercitum amisit. Nam mox ut ait Orosius libro iiii° morbo
ipso tabiatim cadente cito quisque correptus mox mortuus ia-
cens sepeliebatur. Huius mali nuncius cum attonitam Carthaginem re-
plesset mox omnia ululatibus personavere quasi capta civitas
esset. Clausae sunt ubique ianuae cuncta publica privataque
officia interrupta sunt cuncti ad portum currunt paucosque
qui cladi superfuerant egredientes de navibus de suis percunctantur.
Quibus tacentibus toto littore planctus et ululatus matrum

in silicium auditi sunt. Dicit Ieronimus. Vespasianus tempore Adriani sua imperatoris so
dida similiter tunica destricti ab omni corpore plangentium in ingenti
agmina. Et quorum manus ad celum tendens inter sua dum publica
in scelera clamaret respexit ad posterum vociferans super urbem tandem
ingressus domum cunctos qui latina eum persequebantur. Dimisit
ac demum observatis omnibus prelatis ex filiis gladio deleverat
utamque simulat Helynandus. Et Orosius dicit gesta fuisse temporibus
Darii non dicit cuius Darii sed Ieronimus temporibus Artaxersis. Hic est cum
bellum famosissimum quod fuisse dicitur anno Artaxersis xvi°. famosum
autem dicitur et dicitur propter utrumque Carthaginensium sed propter mirabile pestis
in fortunium quod repente cum filium consumpsit exercitum qui eum invaserit.

De Dyonisio Sicilie tyranno. lxxii. Prescribat Iustinus xx° li.

Hoc tempore Dyonisius in tyrannide. Et Dionisius fugatis a Sicilia
Carthaginensibus totius Sicilie occupavit imperium et copias suas
in Ytaliam traiecit eras iuste regnatos qui proximi Ytalie maris littora
tenebant. Ytaliam bella fuit cum quibus dimicaret finitimos quosque aggressus
et respice omnes Greci nominis Ytaliam possidentes. Sed eum ab
Ytalia revocat adventus Carthaginensium qui bellum quod deserue-
rant auctis viribus repetebat duce Amone. Cuius Dionisio
summatis penorum potentissimos odio eius Dionisio tyranno adventum
scitus et in sigmatis duas Grecis litteris familiari scripto prinatem
Cyphensis exilio proditionis dampnatus est. Decretumque senatus consultum
postea Carthaginensis aut litteris Grecis aut sermonibus studebet ne quis ~~Salvis~~
loqui ad hoste aut scribere sine interprete posset. Valerius libro iiii°. Syracusanus
a Dionisio tyranno pulsus Megaram petiit ubi cum Theodoro eiusdem urbis
principem domum convenire vellet nec admitteretur. Multum diu ante fores
retentus comiti suo patienter hoc ferendum est ait forsitan non et nos cum
in gradu nostre dignitatis essemus aliquid tale fecimus. Qua tranquillitate
consilii placidiorem sibi reddidit proditorem. Idem libro vi°. Dionisius cum
hereditatis nomine apud ~~Syracusanos~~ Syracusanorum ac pene totius Sicilie
tyrannidem accepisset maximarum opum dux exercitus dux rector clas-
sium potens equitatum tandem propter inopiam litteras pueriles Corinthi do-
cuit eademque tempore tanta mutatione maiores natu ne quis nimis for-
tune crederet magister ludi factus ex tyranno monuit. Idem libro i°. Dionisius
mensas argenteas et aureas ephanis sustulit quodque in his more Grecie
scriptum erat bonorum deorum eas esse uti se eorum bonitate predicat. Dionisius
adhuc autem in natu situm se gignere chimera quedam mulier propter
alium ut sibi videbatur consendit. Ibique lustratis sedibus deorum cum
vidit terribilem virum ad pedes Iovis iacentem ligatum interrogatoque illo
qui eum ducebat quis iam esset audivit eum Sicilie et Ytalie dirum
esse fatum solutumque vinclis multis urbibus exitio futurum. Quod sompnium
perfecto divulgat. Cumque post modum ille tyrannidem capere cepisset
Chimera turbam ad eius spectaculum intuitum ut aspexit clamat esse
quem in quiete viderat vociferata est. Quod tyranno cognitum curam
tollende mulieris dedit. Auctor. Item de eodem. lxxiii.

De hoc quoque Dionisio refert Valerius quod sacrilegia sua iocis co-
dixerit. Nam detracto Iovi aureo anulo et in vestito ei laneo

loco dixit. Estate enim ex aureo amictum hyeme frigidum laneum
aut ad utrumque tempus aptum. Idem etiam tenuas civitatis deorum tollens
asilantes (?) in quibus scriptum erat bonorum deorum non tollere ea si accipere di
cebat stultum esse a quibus bona speramus ab hiis porrigentibus
nolle sumere. Idem barbam auream detraxit esculapio dicens non
convenire ut appollo pater eius imberbis esset et filius eius barbatus.
Tempore dionisii cum omnes syracusani interitum optarent quedam ultime
senectutis femina sola cottidie matutino tempore deos orabat ut inco
lumis ac sibi superstes esset. Quod audiens dionisius admiratus in
terrogavit causam. At illa puella inquit cum [illegible] tyrannum
gravem carere eo cupiebam. Successit peior et illo tetra (?) occu
pavit tam te importuniorem accepimus tertium. Timens ergo ne deterior
tibi succedat caput meum pro tua salute devoveo. Tam facetam auda
ciam punire dionisius erubuit. Hec valerius. Tempore dionisii magi
ster fuit plato sicut refert tullius epaminundam thebanum erudivit lisi
as pitagoricus syracusanum dionisium plato. Porro sicut scribit va
lerius adeo honorifice platonem suscepit tyrannus ut ei veniret obvi
am cum ingenti multitudine et navibus velis candidis adornatis.
Idem quoque valerius scribit quod adeo suspiciosus erat et meticulosus
tyrannus iste sciens se odio ab omnibus haberi quod submotis amicis
in corporis locum ferocissimos barbaros quibus latera sua committeret substi
tuit etiam tonsoris metu filias suas tondere docuit. Quibus ipsis
adultis non ausus est ferrum committere sed instituit ut candentium in
glandium et nucum putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. Nec
securiorem maritum egit quam regem. Duarum namque simul scilicet aristomaches
et doridis nuptiis alligatus noctibus numquam nisi [illegible] comple
xum petiit lectum quoque quem castra lata fossa cinxit in quem
se ligneo ponte recipiebat interiorem fores diligenter observabat
excubiis in cameris. De platone ac moribus et studiis illius.

Hoc tempore plato philosophus claruit scilicet anno artaxersis xlvi°. lxxxiii
Quod cum [illegible] plato cum [illegible] eius diogenes
lucratis pedibus conculcavit. ut possit vacare philosophie achademiam villam
ab urbe procul non solum desertam sed etiam pestilentem ut cura et
assiduitate morborum libidinis impetus frangeretur. Hinc plures eius
discipuli oculos sibi effoderunt. Valerius libro iiii°. Plato cum adversus
servi delictum vehementius excandisset veritus ne vindicte modum
excederet speusippo amico suo castigationis arbitrium mandavit. Idem
ipse quoque plato criminationes difficillime recipiebat. Aliquando namque xeno
cratem discipulum suum audierat de se multa impia fuisse locutum
respuit tamquam criminationem. Instabat criminator querens cur sibi non crederet
adiecit non esse credibile ut quem tantopere amaret ab eo mutuo
non diligeretur. Nolente criminatore [illegible] affirmavit
numquam ea xenocratem dicturum fuisse nisi expedire sibi ea dici
meditasset. Seneca in libro de beneficiis vii°. Plato cum flumen nave
transisset nec ab illo portitor quicquam exegisset hic honori suo datum
credens dixit positum illi esse apud platonem officium. Deinde paulo

pro eo aliud atque aliud gentis eadem sedulitate transfuderit. Inuenit
ibi iam apud platonem positum officium. Actor hic sunt et addit. Neque
ut tibi debeam aliquid pro quo prestas debes non tantum dare in se
etiam tamquam amicis. Non potes obid quempiam appellare quod spem
impleuit. At non hic potest cuncte uide. Deinde si plato erat ignotus porti
tori et aliis noti et familiares aut aliquo iam cum beneficio obligaue
rant. Sed nec ab homine deo nil debemus pro omnibus beneficiis valemus
2 Libro viij. Plato primum athenas preceptorem socratem sortitus est et
locum et honorem doctrine fertilissimum. Cumque iam esset sapientissimus haberetur
et a studiosis iuuenibus statim athene platonem doctorem querentibus
peteret. ipse nihil plus in inexplicabiles ripas et vastissimos campos
effusam et barbariem egyptiorum secundum disciplinas peragit et a sacerdoti
bus illius gentis geometrice multiplices numeros celestium rerum obseruare
2 percepit. In ytaliam quoque transgressus est ut ab archyta tarentino et a timeo
pitagore precepta susciperet. Tanta etenim copia litterarum undique collige
da erat ut immotem per totam terram debere diffundi posset ac dilatari.
Idem in libro viij. Plato conductores aue sacre modum et formam eius
seruam simili conatos ad euclidem geometriam ire iussit
cedens eius sue immo professor. Tertullianus in apologetico.

**Opiniones eius de deo. l. xxxv.**

Plato amplius summe diuinitatis
dixit et potens unum officia eius potens multos deum magnum
in celo comitatum dicit de spiritibus angelorum pariter et demonum
credo oportere per creantes et perfectos et presides pariter suscipi. Sed
capitale facinus admittit qui aliquem de principibus ceterorum cesarem
appellat. Item in eodem. Plato affirmat creatorem uniuersitatis
neque inueniri facilem et inuentum enarrari in omnes difficilem.
Augustinus de ciuitate dei libro viij. Plato cum discipulis suos in greco mirabili
cum iret pariter putans per scientiam se sufficere sed ipsum ac sotra
ticam disciplinam qua longe lateque potuit peragratam est quaqua
versum cum alicuius nobilitate scientie percipiende fama rapiebat.
Itaque et in egipto et in ytalie partibus ubi pitagororum fama cele
brabatur didicit quecumque illic magna habebantur ac docebantur.
Cumque studium sapientie in actione et contemplatione uersetur. Unde una pars
eius actiua altera contemplatiua dici potest quarum actiua ad agendam
uitam id est ad mores instruendos pertinet. Contemplatiua autem ad conspi
ciendas nature causas et sincerissimam ueritatem. Socrates in actiua
excelluisse memoratur. Pitagoras uero magis contemplatiue quibus
potuit uiribus institisse. Unde plato utrumque iungendo philosophiam per
fecisse laudatur. quia in tres partes distribuit. Unam moralem que
in actione. In naturalem que contemplationi deputata est. Tertiam rationalem
qua uerum distinguatur a falso. Que licet utrique sit necessaria contemplatio
tamen precipue perspicuitatem uendicat. Quidam putant platonem cum perrexerit
in egiptum ieremiam prophetam audisse. Sed diligenter computata
ro temporum secundum cronicam historiam indicat platonem a tempore
quo prophetauit ieremias centum fere annos postea natum. Potuit
tamen esse ut homo acerrimi ingenii sicut egiptias ita et he
breas scripturas per interpretem didicerit quod ideo potest opinari quia
in timeo platonis quem ipse scripsit de mundi constitutione dicit deum

in illo opere tam primo igitur inspexisse. Nunc sunt simillima
illi principio geneseos In principio creavit deus celum et terram
Deinde illud quod plato dicit amatorem dei esse philosophum nichil sic in
libris illis flagrat. Et maxime illud quod a me plurimum adducit
ut pene assenciar platonem illorum librorum expertem non fuisse
Quod plato illa verba dum ad moisen ego sum qui sum vehementer
tenuit et diligentissime commendavit. Deinde libro viii° explanans

Omnia itaque videmus aut tangimus **Iterum de eodem lxxvi**
plato in illis non amat quia esse proprie putat fluunt enim cum
assidua diminucione atque adiectione sunt. hoc est quod ait heracli-
tus. In eidem flumine bis descendimus et non descendimus. Manet
enim idem flumen non aqua transmissa est. Alter vero sensus. Hec ipsis potest
intelligi quo modo accipiebat plato deum appellari theon id est eius vel
quod est verbi preexcellenciam. Creatura autem velud eum deum posuit in
divisione consistencium vel aliter dicitur esse creator aliter creatura. Non
enim est nomen eius communiore predicatum de deo et rebus ceteris. Naturalem
autem potest poni in divisione eorum que sunt Augustinus ut dicit. Illa autem
tripticio platonis qua philosophiam dividit in naturalem racionalem et moralem
non est contraria illi distinctioni qua intelligitur omne studium sapiencie in actio-
ne et contemplacione consistere. Quid autem in hiis vel de hiis partibus plato
senserit id est in fine omnium accionum vel causam omnium naturarum ubi lumen omnium ra-
cionum esse cognovit vel credidit disserendo longum esse arbitror
et temere affirmandum non arbitror. Fortassis enim qui platonem cete-
ris et veracius intellexisse et secuti esse laudantur aliquid tale de deo
senserunt ut in illo inveniatur et causa subsistendi et racio intelligendi
et ordo vivendi. Quorum trium unum ad naturalem alterum ad racionalem
tercium ad moralem partem intelligitur. Si enim homo ita creatus
est ut per id quod in eo precellit attingat ad illud quod precellit cuncta
id est unum verum optimum deum sine quo nulla natura subsistit nulla doctri-
na instruit nullus usus expedit ipse queratur ubi nobis secura sunt
omnia ipse cernatur ubi nobis certa sunt omnia ipse diligatur ubi nobis
recta sunt omnia. Si ergo plato dei huius imitatorem cognitorem
amatorem dixit esse sapientem cuius participacione sit beatus. Quid
opus est discutere ceteros. Nulli nobis quam isti propius accesserunt.
Idem in libro x° Deum summum omnium creatorem quem nos deum verum
esse dicimus. Sic a platone predicari apuleius asserebat quod ipse sit
solus qui non possit penuria sermonis humani quavis oracione vel
modice comprehendi vix autem sapientibus viris cum se vigore animi quantum
licuerit a corpore removerit intellectum huius modi dei quoque interdum
velut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen
candidum intermicare. helinandus **De libris platonis et eius
sentencia de in mortalitate anime lxxvii**

Fuit autem consuetudo platonis libros suos in titulari nominibus magistrorum
suorum vel eorum qui magistros suos docuerunt ut maiorem eorum
nominibus auctoritatem verbis et racionibus suis acquireret. Hinc sunt libri eius
appellati thimeus. phedron. gorgias. pitagoras. Quorum primum in latinum
transtulit tullius. In phedronis dialogo post disputacionem de inmortalitate
anime distinguit loca que hanc vitam relinquentibus ea lege debentur

qua se quisque vivendo finxerit. Similiter in gorgia plato post actam disp
utacionem disserit de statu post corporis mortem. Sed et dum sua in libris de re
publica plus in principatu de iusticie precepta disserit quo anima post
corpus evadat vel iterum in corpus adveniat per illam fabulam quam
narrat de quodam natione pamphilio nomine ... compulsus officio. Cum
enim multis vulneribus in prelio acceptis mortuus videretur et inter mortuos
iaceret xii° demum ut ait macrobius super somnium scipionis die
inter ceteros una peremptos ultimo esset igne honorandus subito seu
recepta seu retenta anima quicquid emensis inter utramque vitam
diebus egerat videratque tamquam publicum professus indicium generi
enunciavit. Hunc errorem dicit tullius confictum fuisse non revixisse.
Valerius autem sic ait. Plato scribit pamphilium x diebus inter eos qui
in acie ceciderant iacuisse. Postea impositum rogo revixisse. Ma
crobius de somnio scipionis libro i°. De appetitu mortis ob desiderium

immortalitatis. lxxviii.

Plato in phedrone diffinit hominem
non esse sua sponte moriendum. Sed in eodem iterum dialogo idem
dicit mortem philosophantibus appetendam et ipsam esse meditacionem
moriendi. Hec sibi contraria esse videntur. Sed non sunt ita. Nam plato
duas mortes hominis novit quarum unam natura alteram virtutes
prestant. Homo enim moritur cum anima corpus relinquit solutum lege nature.
Mori etiam dicitur cum anima adhuc in corpore constituta corporis illecebras philosophia
docente contempnit et cupiditatum dulces insidias reliquasque omnes exuit
passiones. Et hanc mortem dicit plato sapientibus appetendam. Illam vero
quam omnibus natura constituit cogi vel inferri vel accersiri vetat. Idem
in eodem libro ii°. In phedrone platonis quem transtulit tullius validis
simis argumentis anime inmortalitas asseritur. Et patet omnis racio
cinatio in unius sillogismi conclusionem ita colligi. Anima per se movetur.
Et quod per se movetur principium motus est. Quod autem principium motus est natum
non est. Et quod natum non est inmortale est. Anima igitur inmortalis est. Sed quod
autem quod duobus modis inmortalitas intelligitur aut enim ideo est inmortale
quod / quia per se non est capax mortis aut quia procuratione alterius
a morte defenditur. Auctor. Legitur quod theombrotus ambraciensis cum legisset
librum platonis de inmortalitate anime eminenti se precipitem dedit pro deside
rio vite melioris quam quoque liba sit platonis in phedrone. Donec
homines corpus circumferimus et sit ei malo inmixta anima numquam nos
id quod iam olim concupiscimus satis consequemur scilicet veritatem. Sexcentas
enim occupaciones affert corpus quibus continue obicitur
cottidianis morbis et cupiditatibus et timoribus et innumerabilibus
variarum rerum appetitionibus visionibus corpus honerat ut per illud re sapere
quidem nulla re possimus. Defunctorum autem anima libera est et a corpore
solutus. Eo igitur tempore quo vivimus ita demum appropinquabimus
applicabimus quod scientie si non quam nimium corpori utamur nec in societatem
eius nisi quantum necesse est admittamus ita non inmunes replebimur
viciosa turbulentaque natura corporis sed puri agitacione eius incorrupti
simulque digredientes ad omnia incorrupta simulque veniemus.
Auctor. De quibusdam dictis platonis lxxix.

Duos autem esse mundos asseruit plato unum intelligibilem in quo ipsa
veritas habitaret istum autem sensibilem quem manifestum est nos visu

tacitusque sentire. Itaque verum illud boetii fuerit ad ymaginem illius
fuit creatus de illo ydea que se cognoscat aut velut componi vel
renovari civitatem. Hec autem in stultorum aures non sperans se opinionem
posse generari. Idem dicebat ydeas esse in mente divina. Ydeam sic
diffiniens. Ydea est eorum que sunt natura exemplar. In hoc autem erravit
quod ydeas aliud esse quam essentiam dei creatoris putavit. Plato quoque leguntur
alia egregie dicta a platone ut est illud quod ait boetius illum dixisse
se beatas fore res publicas si aut eas sapientes regerent aut earum
rectores sapientie studerent. Et illud quod tullius eum dixisse asserit
escam malorum esse voluptatem quod scilicet ea capiuntur homines sicut hamo
pisces. Platonis quoque dictum fuit quod si sapientia sub oculis videri
posset maiorem ad amorem sui omnes excitaret. Non potest comprehendi sed
iustitie nisi quibus discretio fuerit in iustitia aut est vera se manens(?)
Non solum scientia que remota est a iustitia calliditas potius quam
sapientia appellanda est. Verum etiam animus paratus ad periculum si sua cupidi
tate non communi utilitate impellitur audacie nomen habet potius
quam fortitudinis. Illa est iustitia verissima que viget in flore
sua. Triumphus est innocentie peccare et non legi(?) posse. Itemque plus
potes peccare desine. Mors philosophantibus appetenda est ipsa quoque
philosophia est meditatio moriendi. Totius corporis robur parva est(?)
ut dicit ieronimus super matheum duas corporis summitates docuit non esse
velandas nec assuescendas debere mollicie capitis et pedum. Cum
enim tenuerint(?) sint utique cetera robustiora sunt. Et ut refert helinandus
cum vidisset dionisium tyrannum sicilie corporis sui susceptum custodibus
quod tu male inquit fecisti ut etiam multos inter tales custo
dires(?). Et dicta plura diversis locis exposita collegi que et hic
in perice(?) nolui. De archita tarentino et dictis eius lxxx.

Patet autem ex hiis temporibus archytam tarentinum floruisse cuius
plato legitur auditor fuisse. Tullius in libro de senectute.
Architas tarentinus cum cuius sermoni plato atheniensis interfuisset
nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis dicebat hominibus
datam a natura. Cuique nec mente prestabilius deus dedisset hoc huic
divino muneri nichil tam inimicum esse quam voluptatem. Quod ut magis
posset fingebat aut tanta incitatum aliquem corporis voluptate quanta per
cipi posset maxima. Nemini censebat fore dubium quin tam diu dum
ita gauderet nichil agitare mente vel ratione vel cogitatione consequi
posset. Idem libro de amicitia. Natura nichil solitarium amat. Verum
est quod ab architha tharentino ut opinor dici solitum a senibus nostris
audivi. Si quis in celum ascendisset naturamque mundi et pulchritudinem
siderum aspexisset insuavem illi sine amico et socio admirationem
fore que iocundissima foret si aliquem cui narraret habuisset. Vale
rius libro iiii. Tharentinus architas villico suo. Sumpsissem in
quit a te supplicium nisi tibi iratus essem. Maluit enim impunitum re
linquere quam propter iram iusto gravius punire. Agellius libro noctium
atticarum. Favorinus philosophus affirmat simulacrum columbe ligneum
quadam ratione et disciplina mechanica factum ab architha volasse. Ideo(?)
hinc sua de causa(?) est ad exemplum eius composita est que sic volat.

dnatur in corpore sicut venenum in membris. Idem: nulla pestis capitalior
quam voluptas corporis. Cuius avide libidines temerarie et effrenate ad po-
tiandum incitantur. Hinc patrie prodiciones, hinc rerum publicarum eversiones.
Nullum denique scelus, nullum facinus est ad quod suscipiendum non libi-
do voluptatis impellat. Eusebius in cronicis. De obsidione
romani capitoli per gallos. lxxxi.

Anno artaxerxis xvii senones galli romam invaserunt excep-
to capitolio obsidionis ph. l'. eth.[?] Gallorum ascensus in capitolio
ancerum clangore deprehensus est. Nullum enim animal ita odorem hominis
sentit ut anser. Ambrosius in exameron libro quinto. Custos debes anseribus
roma quod regnas. Diis tuis dormiebant et anseres vigilabant.
Illis pocius debes sacrificare quam iovi. Cedant enim dii vix anseribus
a quibus se esse servatos et defensos ne ipsi ab hoste caperentur.
Orosius libro secundo. Galli senones duce brennio exercitu copioso et
robusto nimis dum urbem clusium que nunc tuscia dicitur obsiderent
legatos romanorum qui tunc componende inter eos gratia pacis venerant
in acie adversum se viderunt pugnantes. Qua indignacione permoti
clusini oppidi obsidione dimissa totis viribus romam contendunt.
Hos itaque ~~[struck]~~ ruentes fabius cum exercitu consul excepit nec tamen
obstitit, immo pocius hostilis ille impetus quasi aridam segetem
succidit stravit et transiit. Testatur hanc fabii cladem flumen al-
lia sicut cremera fabiorum. Non enim facile quis similem romane
milicie ruinam recenseret etiam si roma insuper incensa non esset.
Patentem galli urbem penetrant trucidant rigentes simulacrorum
vivos in suis sedibus senatores. Eorumque incendio domorum crematos
lapsu culminum suorum sepeliunt. Universam reliquam iuventutem
quam constat vix mille hominum tunc fuisse in arce capitolini montis
latitantem obsidione concludunt. Ibique infelices reliquias fame
peste desperatione formidine terunt subigunt vendunt. Nam mille
libras auri discessionis precium paciscuntur. Non quod apud gallos
roma parvi nominis fuit sed quod illam sic iam ante deteruerint ut
ut amplius tunc valere non posset. Post illam cladem romani
mutare sedes cogitaverunt aliud oppidum incolere et alio nove
censeri. Hec tota[?] hec Orosius. Valerius autem dicit quod vita capitolii ob-
sidione cum romani fame artarentur panes compluribus locis ia-
cere ceperunt. Quos videntes galli putantes eos habundare victu
aliquo obsidionem dimiserunt. Addit et Vegetius in libro quarto de re
militari. Quod cum machinarum ballistarum funes putrefacta essent matro-
ne omnes crines suos absciderunt ad machinas reparandas et vi-
ros liberandos. Eusebius in cronicis. De aristotile et dictis eius. lxxxii.

Anno artaxerxis xxxvii aristotiles xvii agens annum platonis
auditor fuit. Augustinus de civitate dei libro octavo. Aristotiles discipulus platonis
vir excellentis ingenii et eloquio quidem platoni impar sed multos
facile superans sectam peripateticam condidit quod deambulando disputare
consueverat pluresque discipulos preclara fama excellens vivo adhuc
preceptore in suam heresim congregavit. Boecius in epistola libro quinto. Aristotiles
putat casum tribus modis dici[?] materiam efficientem formam que vinianz[?]

operi imponitur .i. ydeas. Quintam quoque adicit exemplar artificis .i. illud quod imitatur artifex ad hoc faciendum sicut pecunia uel gladium uel religio. Quintam addit Plato exemplar scilicet quod ydeam uocat. Ergo ut Seneca dicit etc. Id ex quo .i. materiam sicut es / id in quo .i. forma que scilicet aptatur ei / id ad quod scilicet exemplar / id propter quod / .i. faciens exemplar / id quod ex his .i. ipsum opus / id a quo ipsum est .i. ipse artifex. / Valerius libro vii° Aristoteles in uentura extremum de se ipso loqui debere predicabat / quod laudare se uani. uituperare stulti esset / dictor. Dicebat etiam Aristoteles utilius solum se in commodum pauperibus pati / quod non posset egentibus sub[ue]nire. Dissipante autem Alexandro quo docente proficere se stimulatus rebus in quantum ipsis que se non nouerint metiri. Hunc quoque sententie ipse sunt. Numquam de laudibus eius debemus quam cum de alijs agitur. Bonum omnes uel pati uel facere iniuriam. Iniuria iniuste irrogata eius est et infamia qui facit. Si lincei oculis homines uterentur ut corpora uisus obstancia penetrarent nonne introspectis [uisceribus] etiam pulcherrimum corpus turpissimum uidetur. / Hec ille. Boecius in iii° libro de consolatione recitans addit. Te igitur pulchrum uideri non tua natura sed spectancium oculorum facit infirmitas. Item Aristoteles adolescentulos inuitos aiebat intra parietes suos querenda uictoria est. Dicebat autem etiam esse entelechiam .i. figuram corporis. Idem ut ait Tullius artem rethoricam ampliavit. Valerius libro viii° Aristoteles non utilis sibi corporum est ut uoluptates abeuntes consideremus fessas et penitus quod plenas eas animus subeat quo minime cupide repetuntur. Idem in libro v° Aristoteles suspense uite reliquias senilibus ac negocijs inebrie [illegible] libere studijs custodiens / adeo ualenter pro salute patrie incubuit ut eam ab hostibus. armis solo equatam in lectulo Atheniensi iacens Macedonum manibus quibus abiecta erat eripuit. Itaque urbs tam strata atque eius Alexandri quam restituta Aristoteles notum est opus Augustinus de ciuitate Dei libro xiv° ix°.

## De secta peripatheticorum .lxxxiii.

Perturbaciones ait quidam dicunt cadere in sapientem sed eas moderatas rationique subiectas ut eis leges quodammodo quibus ad necessarium redigatur modum dominando ratio mentis imponat. Hic sentiunt platonici siue aristotelici .i. peripathetici. Stoici uero nullas omnino in sapientem cadere putant. Quod autem dicit in hoc loco stoicos aduersus peripatheticos uerbis magis quam rebus contendere contendere / [illegible] Agellius probatur qui scribit se nauigasse aliquando cum quodam philosopho nobili stoico. Cum autem illud nauigium horribili celo et mari periculosissime iactaretur ui timoris expalluit. Id aduertissime est ab eis qui aderant quamuis in mortis uicinia curiosissime attentis utrum ne philosophus animo turbaretur. Deinde tempestate transacta mox ut securitas prebuit colloquendi uel etiam garriendi locum quidam ex his quos nauis illa portabat diues luxuriosus asiaticus philosophum compellat illudens quod extimuisset atque palluisset cum ipse mansisset intrepidus in eo quod impendebat exicio. At ille Aristippi socratici responsum retulit. Cum et ipse simili ab homine simili eadem uerba audisset respondit pro anima nequissimi nebulonis multo non fuisse solicitum se aliquantum pro Aristippi anima timere debuisse. Hac illo diuite responsione depulso postea quesiuit Agellius a philosopho non exagitandi animo sed discendi que nam illa ratio esset pauoris sui. Qui statim protulit se de sarcinula sua stoici Epicteti librum in quo scripta erant que congruebant

de actis zenonis et crisippi qui fuerunt principes stoicorum In eo libro
se legisse dicit agellius quod stoicis placuisse quod ad visa quas appel
lant phantasias dicunt in potestate et arbitrio neque iudicant ubi cum venerit
ex terribilibus et formidabilibus rebus necesse est et sapientis animum moveat
ita ut paulisper vel paveat metu vel tristicia contrahatur tamquam
his passionibus prevenientibus mentis et racionis officium non ideo tamen
in mente sua opinionem mali non approbari ista neque consentiri quia non
est voluntate in eius potestate id quod interesse volunt inter animum sapientis
et stulti. Quod stulti animus eiusdem passionibus cedit atque accommodat
mentis assensum. Sapiens autem quamvis eas necessitate paciatur
retinet tamen de hiis que appetere vel fugere racionabiliter debet veram et
stabilem inconcussa mente sua. Ideo contra iovinianum. De libris
Scripserunt aristotiles et ceterique philosophi aristotilis. lxxxiiii.
de amore libros multosque in amorem forme inclinant. Ut hic
quoddam. Amor forme racionis oblivionem et insanie proximus fertur.
immemor. Generis animo sapientum Turbat consilia altos reges
spiritus frangit amaguis cogitacionibus ad humillimas detrahit
... ridiculosos iracundos temerarios dure imperiosos consimiliter blan
dos facit et cum fruendi cupiditate insaciabilis flagrat plura tempora
suspicionibus lacrimis conquestionibus perdit. Odium facit sui ipsius
demissie odium et actor. Scripsit eciam aristotiles de arte logica libros
cathegoriarum id est predicamentorum et secundum quosdam libros sex principiorum
libros quoque periarmenias et libros analeticorum priorum et posteriorum
thopicorum et elencorum Porro de phisica id est naturali sua libros edidit.
de phisico auditu de generacione et corrupcione de anima et sensu et sensato
de memoria et reminiscencia de sompno et vigilia de morte et vita de
vegetabilibus et de animalibus secundum quosdam et de meteoris libros
quosque methereorum. De methaphisica vero que dicitur prima phisica libros tre
decim. Notat eciam libri qui dicitur perspectiva aristotilis et alius ut fertur de secreta
secretorum. Est et eius epistola ad alexandrum de dieta servanda. De hiis autem
fere omnibus aristotilis libris excerpsi plurima in prima et secunda parte istius
operis. Preterea scripsit libros ethicorum numero quorum flores morales
in hoc loco in parte ... in sunt modum aristotiles ... ethicorum primo
Flores eiusdem morales ex ethicis. lxxxv. ...
Omnis ars et omnis doctrina. Similiter autem et operacio et prohesis bonum
aliquod operari et videtur. ideoque optime enunciaverunt bonum
omnia appetunt. Cumque conveniens et prohesis bonum aliquod exoptat
Optimus qui a se ipso omnia intelligit. bonus autem et rursus et im
sus ille qui bene dicenti hoc audit. Qui autem neque ipse intelli
git neque alium audiens in mente iacit hic inutilis videtur. Cuncta vitam
neque alium audiens in mente iacit hic inutilis videtur. Bestialem vitam
pecudum eligentes assumpserunt. Cum gloriam quia quidam in gran
verbo spiritali oratibus quod solum ei cum homine est commune quia similitudine de-
lectatur. Nam verbum deus est, hoc mundum creavit, hoc regit atque alit omnia.
Hunc veneramur, hunc diligimus, ex hoc spiritum trahimus. Et quidem deus ipse
spiritus atque mens est, ideo non terrenis divitiis nec largitate munifica
sed religiosis operibus et gratiarum actione placatur. quapropter minime iudicor
deos vos miserabiles indicamus qui originem irarum et celestem
non suscepistis magnitudinem cum deo hominis cognacionem sed splendorem gentis
in rebus vilissimis obscurastis. Nempe quibus industria in carne
voluptas est hanc sentitis et colitis clamatis cum contrectacio in-
venis honesta est et contagio morientis molesta est. Omnium usibus
elementa vexantur et mundus in prohibendis laborat obsequiis.
Et quod est inhumanius audetis deum aliis carnibus expiare
et in sacrare decapti. Ite cum mea non spirituales deos sed terri-
fices terrenos invocatis qui vestra vita supplicacionum diversitate dissi-
pant. Quos mali infelicissimos quorum religio tamen est et vita
supplicium. Alexander. Item de eodem plix.
Si ita sunt ut asseris soli quam video et bragmani homi-
nes tenentur, solique exortes creduntur esse. Nemi-
nem omnibus caret divini qui gessis nunc voluptatibus non
utuntur. aut deos se esse putantur aut invident deo hic indicio
meo dementie potius quam prophetie mandanda sunt. Didimus
Nos non sumus incole huius ~~incole~~ mundi sed advene nec
ita in orbem terrarum venimus ut in eo libeat consistere sed transire.
Properamus enim ad larem patrum nullis delictorum ponderibus
gravati nec aliquibus illecebrarum tabernaculis commorantes nec
flagitiorum carceribus obligati. Nichil enim mentorum pene congre-
gamus quippe qui nuda conscientie fronte progredimur ut expediti
ac faciles spatium propositi decurramus itineris. Deos autem
nos esse non dicimus nec cunctis deo invidiose detrahimus
sed bonitate dei nos male uti asserimus nec omnia nobis licere
sed nec decere censemus hoc ea que voluntas et vanitas ho-
nestate plurimis negamus admittere. Deus enim rerum conditor
varias species formavit in mundo quia universitatem potuerat
sine earum diversitate subsistere quorum usum humano arbitrio permisit
dispensandum. Nunc ergo deterioribus omissis meliora sectatur
non ipse quidem deus est sed dei amicus efficitur. Alexander.
4 Nunc ideo beatum te dicis quia meandi Item de eodem. l.
parte nobis natura constituit sedem in qua nec accessus nec
exitus advenis nec excessus indigenis aperitur hic eorumque
opposite facultatis obsessi mutare patriam vitam non valetis
laudatis et quod dampnatis ita patitur conscie studio vos me-
ruisse iactatis. Unde nullius virtutis multum est id vocasti quod mutari
non possit. Sed nec gloria dicenda est qua sibi quisque non
dedit. Non tunc bragmanos mandavit fecunda tellus nec

arbores multis decorat vel plantariis modum seu camporum
vel edificia pulcra constructis haud vero magnifica. Lo vo quod ferri
metallum nobis indigencie nature non prebuit quo ducta hec manas
contulimus. aliunde aut assumere negotia occasior namque non
potest in deorum veste est nobis herbe palmitibus et depastos antra hor
ribilem pecudum more tussige. Ergo non in angustiis et inegesta
te sed opulencia temperantia vixisse laudandum est. aliorum estates
et paupertas sole constitui gloriam solitimur. Illa quidem non vitium ut cupiat
ista quidem non sufficit ut capiat sententiam vestram nullius ut asseris decor
augetur. Ornatibus assentio quippe vel tabes effigiem vel materies
ulla suppeditat. Venus apud vos ut dicitur incestu vel adulterio
flammatur. Quamvis res vestre si ipsos non intuitur in dicto vindictam amo
rum abstrahitur amoribus predicte contemplato non deformitatis ar
ceret aspectus. Sed quia res que solet adversitatibus guarans aufere
non desiderium libidinis sed scilicet id est non s metens aspele phile scorpz
ab spe. Nos autem qui nullius medie lege constringimur adhuc vivi
dum libero utitamur arbitrio ut voluntatem contineamus digna sumimus
conquirimus. addit enim nobis viltas nativa blanditias quas plerumque
viles cohibet. Eusebius in cronicis. De divisione monarchie alex
andri in iiij^or regna et de ptholomeo sother rege egipti . li . 8

Alexandro itaque mortuo apud babilonem toxicato post eum multos
principi divisi regnaverunt. hinc alexandrinorum nascitur regnum
quod est egipti et per diversas gentes quas quas alexander tenuerat
divisi regnaverunt. Primus in egipto tholomeus lagi filius cepit anno
quinte etatis CC°. lxxxiiij° mundi vero iiij. dc°. xl. regnavit annis
xl. Macedonie regnavit philippus qui et arideus frater alexandri
annis vij. lidiam et traciam et hellesponto lisimachus tenuit
Comestor. Cum enim redisset alexander in babilone sumpto veneno a suo
rore sua usum lingue amisit et in extrema voluntatem suam scripto
expressit. Et voluit monarchiam suam in aliquem succedere nec ab
patri ei imposito apud persas legitur sed xij quos ab adolescen
cia socios habuerat regni successores instituit. hec autem constitu
cio stetit. Nam in iiij^or occisis tamen aliis alibi regnaverunt sicut
in historia danielis est comprehensum. Itaque tholomeus rex egipti
qui cognominatus est sother cum regno suo adversus syria apposuit
ut adiceret et iudeam. Et ascendens in ierusalem die sabbati sciens
ea die iudeos arma non moturos sub simulatione sacrificandi
deo nullo contradicente intravit. Unde secundum iosephum omnibus sabba
thides iudeos ridiculos appellavit qui superstitiose supersticione grave
dampnum sustinuerunt. Ptholomeus namque multos de iudea et garizi
captivos trahens ad egiptum rediit et venditioni proponens
eos a negociatoribus nationum distracti sunt et dispersi. Et per hac capti
vitatem licet non sunt generaliter diffusi dispersi sunt in nationes
et in actibus apostolorum legitur convenisse in ierusalem iudeos ex omni
natione que sub celo est. Jaddo pontifici successit filius eius
Symon iustus. Valerius li° vi°. Theodorus cyrenensis cum rege
lisimacho intrepasset et obiceret cum ille cruci affigi iussisset
terribilis autem quod sit purpuratis tuis ista sequitur meum mortem est

summi an. in sublimi putrescat. Eusebius. Eo tempore Appius Claudius
Cecus Rome claruit qui aquas Claudias in urbem duxit et viam Appiam
stravit. De Theofrasto philosopho et dictis eius. lii.

Eodem tempore Theofrastus philosophus claruit qui a divinitate loquendi
ut ait Ieronimus nomen accepit. Actor. Hic fuit discipulus et successor
Aristotelis. Unde de hoc refert Agellius in libro noctium acticarum
dicens. Aristoteles iam senior affecto egrotoque corpore et spe vite tenui
fuit. Tunc omnis sectatorum eius cohors ad eum accessit orans ut
ipse deligeret loci sui et magisterii successorem qui preponeretur. Erant
tunc in eius studio duo precipui Theofrastus ex Lesbo et Menede-
mus ex Rodo. Aristoteles autem iussit sibi afferri vinum Lesbium et
Rhodium et utrumque satis commendavit et Lesbium magis. Unde nemo
dubium fuit quin lepide simul et verecunde successorem sibi illa
voce non vinum delegisset. Itaque Aristotele defuncto omnis achademia
ad Theofrastum convolavit. Huius Theofrasti dictum est illa sua Ex-
pedit iam probatos amicos amare non amatos probare. Et illa
de inimico vindictam si te inimicum senserit perdidisti. Et illa Gravius
adversarium sentiet decipies. Huius quoque sententia fuit amandum certo ex
iudicio. Composuit in tempore libros de amicitia in quo aliqua dicta
profert sed varia in rebus quibusdam et contestatur. Actor. Theofrastum
accusasse naturam dicitur quod cervis et cornicibus vitam diuturnam quorum
id nichil interesset hominibus vero quorum maxime interfuisset tam exi-
guam dedisset vitam quorum si etas posset esse longior omnibus
perfectis artibus omni vita erudiretur. Querebatur ergo tunc se cum
illa videre cepisset extingui. Huius contra Iovinianum libro primo. Quod
uxor sapienti ducenda non sit. liii.

in quo querit an vir
Fertur aureolus Theofrasti liber de nuptiis. sapiens ducat
uxorem. Et cum definisset si pulchra esset si bene morata si ho-
nestis parentibus nata si ipse sanus ac dives sit sapientem inire
aliquando matrimonium statim intulit hec autem raro in nuptiis universa
concordant. Non est igitur ducenda uxor sapienti. Primum enim impediri
studia philosophie nec posse quemquam libris et uxori pariter inservire
Multa esse que matronarum usibus necessaria sunt preciose vestes aurum
gemme sumptus ancille suppellex varia lectice et esseda deaurata
Deinde per totas noctes garrule conquestiones illa ornatior procedit
in publicum hec honoratur ab omnibus ego in conventu feminarum misella
despicior. Cur aspiciebas vicinam. Quid cum ancilla loquebaris. De foro
veniens quid attulisti. Non amicum habere possumus non sodalem alterius
amorem sui odium suspicatur. Si doctissimus preceptor in qualibet urbium
fuerit nec uxorem relinquere nec cum sarcina ire possumus. Pauperem
alere difficile est divitem ferre tormentum. Adde quod nulla est uxoris electio
sed qualiscumque venerit habenda. Si iracunda si fatua si deformis si
superba si fetida quodcumque vitii est post nuptias discimus. Equus asinus bos
canis et vilissima mancipia probantur prius et sic emuntur. Sola
uxor non ostenditur ne ante displiceat quam ducatur. Si totam domum
commiseris ei serviendum est. Si aliquid tuo arbitrio reservaveris fidem sibi
haberi non putabit et in odium vertetur et iurgia. Et nisi cito consulueris
anus venena parabit aurifices et institores gemmarum sericarumque

castitatem si custodire velis pudicicie et si pluribus suspicionibus iniuria
aliud quid prodest diligens custodia cum uxor impudica servari non possit
pudica non debeat. Infida enim custos castitatis est necessitas et illa vere pu-
dica dicenda est cui licuit peccare si noluit. Pulcra facile adama-
tur feda facile concupiscit. Difficile est custodire quod plures amant. Mo-
lestum est possidere quod nemo habere dignatur. Minori tamen miseria de-
formis habetur quam formosa servatur. Nichil enim tutum est in quo
totius populi vota suspirant. Ieronimus ad Iovinianum libro i°.

Quod si propter dispensationem domus et langoris solacia et fugam
solitudinis ducuntur uxores multo utique melius servus fidelis
dispensabit auctoritati domini obediens et eius dispensacioni obtemperans
quam uxor que in eo se estimat dominam si contra viri faciat vo-
luntatem. Assidere autem egroto magis possunt amici et vernule beneficiis
obligati quam illa que nobis imputet lacrimas suas et hereditatis spe
vendat // et sollicitudinem iactans languentis animum desperatione
conturbet. Quod si ipsa languerit coegrotandum est et numquam ab eius lectulo
recedendum. Aut si bona fuerit uxor et suavis quod tamen rara avis nulla
et cum parturiente oportet gemere cum periclitanti torqueri. Sapiens autem num-
quam solus esse potest. Habet secum omnes qui sunt et qui umquam fuerunt boni et ani-
mum liberum quocumque vult transfert. Quod corpore non potest cogitatione
complectitur. Et si hominum copia defuerit loquitur cum deo. Numquam minus
solus erit quam cum solus fuerit. Porro liberorum causa uxorem du-
cere ut vel nomen nostrum non intereat vel habeamus presidia senectu-
tis et ut certis utamur heredibus stolidissimum est. Quid enim ad
nos recedentes e mundo pertinet si nomine nostro alius non vocetur
cum innumerabiles sint qui eodem nomine appellentur. Et que senec-
tutis auxilia sunt nutrire domi illum qui aut prior te forte mo-
2 riatur aut perversissimis moribus sit aut certe cum ad maturam etatem
venerit tarde ei mori videatur. Hec et huiusmodi Theofrastus disserens
quem christianorum non suffundat quorum conversacio in celis est. Eusebius in
cronicis. De menandro poeta comico et philemone. Tercio regni

a mo ptholomei quinto menander comicus primam asie · lxi ·
fabulam cognomento orgen docendo superavit. Actor huius Menandri
mencio Ieronimus et illud senarium quod posuit apostolus in epistola ad corinthi-
2 os. Corrumpunt mores bonos confabulaciones pessime. Agellius
Iste menander a philemone nequaquam pari scriptore in certaminibus come-
diarum sepius vincebatur. Quem cum forte invenisset obsecro inquit
Philemo cum bona venia dic michi. Cum me vincis non erubescis?
Actor huius philemonem in Helymandrum notare videtur. Valerius
Philemonem nimii et immoderati risus abstulit. Nam cum paratas
ficus et in conspectu positas asello consumente puerum ut illum abigeret
inclamat. Quem cum iam comestis omnibus supervenisset quia inquit
tam tardus fuisti da nunc merum asello. Ac protinus urbanitatem dicti
crebro anhelitu cachinnorum prosecutus senile guttur salebris spiritus
angustia pregravatum. Eusebius in cronicis anno vi° ptholomei regis
Egipti et philippi macedonis regnum asie cepit. In qua regnavit
primus antigonus annis xviii. Deinde demetrius qui et poliorcetes.

xviij. Tandem tradidit semetipsum seleuco regi syrie. Qui destructo regno asie captoque demetrio sine rasie preterea imperavit. Eo tempore anno ptholomei viij. menedemus et speusippus philosophi insignes habentur. Eusebius in cronicis.

## De victoria romanorum de samnitibus. lxij

Temporibus ptholomei romani samnites ditissime contra se pugnantes ad extremam inopiam redigunt anno xviij. huius victoria facta est anno ptholomei vij^o ab urbe condita CCCCxxxvj^o. Orosius. Anno precedente romani a samnitibus victi fuerant. Tunc samnites novum habitum sumunt de argentatis armis vestibus utentes iterum bello se offerunt adversus quos missus est papirius consul cum exercitu. Qui cum ab auguribus vana dictantibus prohiberetur congredi spreuit eos et feliciter congressus victoriam obtinuit. In quo prelio cesa sunt hominum xij milia capta iiij^or milia. Sed post hanc victoriam subito tam intolerabilis pestilencia corrupit civitatem ut pro eam quacumque ratione sedanda libros sibillinos consulendos putarent. Horrendumque illum epidaurium colubrum cum ipso esculapii lapide advexerunt quasi vero pestilencia aut iam sedata non sit aut post orta non sit. Augustinus in libro iij^o de civitate dei. Erat autem pestilencia orta contra milicibus que iudice monebantur. Antiqua matronas sanctius cederet ubi ad lectus in urbem esculapius occupabat quod antiquitatem se non obstetrice prestabat. Pecudes quoque similiter moriebantur ita ut defectionem generis animalium crederet. Sic ergo per oraculum sibillinum a magno impietatis vel desidie timore liberatus est esculapius perdidit quoque xl^a eodem tempore in foro horrenda altitudine nives remanserunt tiberisque glacie duratus est. Orosius.

## De papirio consule bellicoso. lxvij.

Vicit ergo papirius ut dictum est contra consilia vana augurum tamen speciali contemptas contra pepererit. Hic papirius adeo apud romanos bellicosissimus habebatur ut cum alexander magnus disponere diceretur ab oriente descendens obtinens viribus affricam atque inde in ytaliam transvehi romani inter ceteros duces tunc in re publica vel expeditione sua optimos hunc papirium fore qui alexandri impetum sustinere posset meditarentur. Macrobius in libro de saturnalibus. Hic papirius cum esset puer forte cum patre suo in curiam ierat. Tunc velut percontari cepit mater quid in senatu egissent patres. Puer ut tacendum esse negasset id dici licere. Mulier fit avidior audiendi secretum rei et silentium pueri animum eius ad inquirendum exurbat. Tunc puer urgente matre lepidi atque festivi mendacii consilium capit actum in senatum dicit utrum videretur utilius et e re publica esse ut unus ne duas uxores an una apud duos nupta esset. Hoc illa ut audivit ad ceteras matronas retulit. Postridie ad senatum confluunt orantes ut una potius duobus nupta fieret quam uni due. Senatores quenam illa esset mulierum intemperies et quid sibi postulatio hec vellet mirabantur et non parve rei prodigium illam vecordiam sexus impudicitiam pavescebat. In fine puer papirius publicum metum demit que matri dixerat enarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri exosculatur consultum facit ne postea illum pueri cum patribus in curiam post hec introiret. Orosius.

## De fabio consule. lxviij.

Anno post victoriam papirii de samnitibus fabius gurges consul pugnans cum samnitibus amisso exercitu victus in

urbem refugit. Cumque senatus de ipsius morte eo deliberaret, pater eius fabius
maximus ignominiam filii deprecatus legatum se filio iturum ultro ob
tulit, si illi depellende ignominie iterumque gerendi belli facultas daretur.
Qua impetrata pluribusque aperto tum subito pugnantem filium consulem respi
ciente pontio samnitum duce et infestis hostium telis circumclusum
videret, in medium se agmen primus semper equo vectus ingessit. Quo
facto permoti romani tota ibi incubuere acie donec ipsum ducem pontium
deleto hostili exercitu victum oppressumque ceperunt. Cesa sunt in eo prelio
samnitum xx milia, capta iiii milia cum rege suo pontio. Cessitque
hoc bellum per lix annos et tandem capto pontio finitum per fabium
patrem consulem. Valerius libro iiii° quod fabius maximus qui ad se quinquies
et ipse annos paucis maioribus quam suus sepe consulatum gesserat accedit
comitiis quibus filius eius consensu summo consul creabatur qua constanter
potuit cum populo id egit ut aliquam vacationem huius honoris fabie genti
darent, non quia de virtutibus filii diffideret erat enim illustris sine ma
ximum imperium in una familia continuare. Quid hac moderatione
valentius que etiam parentes affectus qui potentissimi sunt superavit.
Auctor. Porro pontium samnitem testatur cicero in libro de senectute fu
2 isse contemporaneum archite tarentini et platonis. Cuiusque etiam illa est
gloriosa sententia quam idem tullius ponit in ii° libro de officiis. Utinam
inquit pontius samnis ad illa tempora me fortuna reservasset et tunc
essem natus quando romani dona accipere ceperunt. Non essem passus
eos diutius imperare. Orosius. De mario atrio consule. lix.

Anno post hanc victoriam de samnitibus gestum est bellum cum sa
binis atrio consule ubi quot milia hominum interfecta quot
capta sunt ipse consul ostendit. Cum enim in senatu magnitudinem
agri sabini acquisiti et multitudinem capti populi referre vellet numerum
explicare non potuit. Valerius libro iiii° Marcus curius exactissima
norma romane frugalitatis idemque fortitudinis specimen perfectissimum sam
nitum divitias contempsit. Nulli [illegible] paupertatis eius mirati sunt. Nam
cum ad eum in scamno assidentem foco et catino ligneo cenantem
magnum auri pondus publice missum attulissent, benigneque
invitatus ut eo uti vellet, vultu protinus risu soluto sup
vacue inquit. Narrate samnitibus M. curium malle locupletibus impe
2 rare quam ipsum fieri locupletem. Et mementote me nec acie vinci nec
pecunia corrumpi posse. Idem cum in ytalia pirrum regem exegisset
nichil omnino ex preda regia qua exercitum urbemque ditaverat attigit.
Decretis etiam senatus septenis iugeribus agri populo sibi a l. [illegible] assig
natis modum non excessit parum ydoneum rei publice civem arbitrans
qui eo quod reliquis tribueretur contentus non esset. Idem secutus fabricius
luscinus honore et auctoritate omni civitati temporibus suis maior censu
vero par cuiuslibet pauperrimo. A samnitibus quos universos in clientela
habebat pecuniam et munera sibi missos remisit continentie sue beneficio
sine pecunia predives sine usu familie [illegible] comitatus quia
locupletem illum faciebat non multa possidere sed modica deside
rare. Enim non [illegible] fabricii disciplina [illegible] tuberone [illegible] quem ex
[illegible]. Cui consulatum [illegible] ethiolorum gens vasa ar
gentea magno pondere [illegible] quesita [illegible] fabricata [illegible]
sisset qui superiore tempore gratulandi causa ad eum [illegible]

retulerunt se in eius mensa fictilia vidisse monitos re con-
tinere qui paupertati succumbendum putaret eo sertinus suis abire
permisit. Remit autem quo ventum est a finis vix impetrari potuit ne
supellectilem illam fastidiant qua tunc consul non erubuit Fabri-
bius macrone.

De cassandro rege macedonum et olimpiade. ca. lx.

Anno ptholomei viii° regnavit cassander apud
macedones post philippum arideum. Justinus. Nam olim-
pias alexandri mater cum ab epiro in macedoniam prosequente
eacida rege molossorum veniret prohibita a finibus macedo-
num euridice et arideo rege. Moti macedones ad olimpiadem
transierunt. Cuius iussu et euridice et rex occiditur. Vi autem post ale-
xandrum potitus regno. Propius quam euridice multa sub nomine viri
gesserat per cassandrum quem flagiciose cognitum ad summum fastigium
honoris honorum gradus pervexerat. Cui per libidinem mulieris multas
grecie civitates afflixit. Justinus. Sed nec olimpias diu regnavit.
Nam cum plurimum cedes passim faceret muliebri magis quam regio
more favorem sui in odium vertit. Audito itaque cassandri ad-
ventu diffisa macedonibus cum nuru roxane et nepote her-
cule in pidnam urbem concessit. Comitate fuit eam deidamia
eacide regis filia et thessalonica privigna philippi filia et multe
alie matrone speciosius magis quam utilis grex. Mox cassander
pidnam urbem obsedit. Cum tum fame et ferro urgeretur olimpi-
adem illa longe obsidionis tedio pacta salute victori se
tradidit. Cum quo convocato populo sciscitatur quid de ea fieri vellet
omnes sine respectu pristine maiestatis occidendam eam de-
creverunt. Olimpias autem videns obstinatos ad se venire armatos
vidit veste induta regali et duabus ancillis innixa ultro
obviam procedit. Qua visa percussores attoniti maiestatis
prioris et tot in ea occurrentibus regum suorum nominibus substi-
terunt donec a cassandro missi sunt qui eam confoderunt non
refugientem gladium aut vulnera nec muliebriter vociferantem sed virorum
fortium more pro gloria veteris prosapie morti succumbentem ut ale-
xandrum posses et in moriente matre cognoscere. Compones
se insuper expirans capillis et veste crura contexisse fertur
ne quid posset indecorum eius in corpore videri. Actor

De polemone philosopho. lxi.

Et dicit helinandus xenocrati successisse
polemonem. Valerius libro vi°. Perdite luxurie atheniensis adolescens
polemo non modo illecebris sed etiam ipsa infamia gaudens cum
e convivio non post solis occasum sed post ortum surrexisset et
domumque rediens xenocratis philosophi patentem ianuam vidisset vino
gravis delibutus unguentis sertis capite redimito pellucida veste
amictus refertam turba doctorum scolam eius intravit. Nec tam
deformi contentus introitu consedit ut etiam clarissimum eloquium
et prudentissima precepta temulencie lasciviis elevaret. Orta de-
inde ut par erat omnium indignacione xenocrates vultum in eo-
dem habitu continuit. Omissaque re qua disserebat de modestia ac
temperancia loqui cepit. Cuius gravitate sermonis polemo resipis-

resipiscens watus suum coronatum capite dextram gerens paulo post bra-
chium intra pallium reduxit. Pacante ipse genitalis ovis quilibet
deposuit ad ultimum et totam luxuriam posuit. Sicque unus oronis medi-
cina sanatus Pompeiani gancone maximum pertinens evasit. Perfunctus
igitur annus in nequicia non habitavit. De ortu regni Syrie. lxxi.

Anno Ptholomei xii° Antigoni viii° regnum Syrie a Babilo-
niis et superiorum locorum nascitur. Et regnavit primus Seleucus Nica-
nor annis xxxii. Secundus Antiochus qui et Sother xx. Deinde An-
tiochus qui Theos dicitur xv. Seleucus Gallinicus xx. Seleucus
Philopator xii. Antiochus Epiphanes xi. Antiochus Eupator ii.
Demetrius Sother xii. Alexander x. et in filius ii. Demetrius an-
nis iii. Antiochus Sidetes ix. Demum misso ab Arsace Partho-
rum Demetrius sicut eius regnavit annis iiii. Antiochus Gryphus
vel Cyprius xii. Antiochus Cizicenus Grypho victo Syriam tenuit.
Sed Gryphus superato Ciziceno eandem recepit. Et ita post successione
regnaverunt in mutuo adversus se dimicantes annis xviii. Postea Phi-
lippus annis ii. Demum capto a Gabinio regnum Syrie finitur. De
Seleuco Nicanore lxxii.

Huius quidem Seleuci Nicanoris mater
Laodice cum nupta esset Antiocho claro inter Philippi duces
visa sibi est in quiete ex concubitu Apollinis concepisse gravidamque
factam munus concubitus anulum accepisse cum gemma anchora
sculpta iussamque donare filio quem peperisset. Admirabilem fecit
hunc visum anulus qui postera die eiusdem sculpture in lecto inven-
tus est et signum quod in femore Seleuci natum cum ipso parvulo fuit. Cum
obitum Laodice anulum Seleuco eunti cum Alexandro ad Persicam
militiam edocto de origine sua dedit. Ubi post mortem Alexandri
occupato regno Orientis urbem condidit ibique gemine originis me-
moriam consecravit. Nam et urbem ex Antiochi patris nomine An-
tiochiam vocavit et campos vicinos urbi Apollini dicavit. Filii
quoque et nepotes eius anchoram in femore veluti notam generis
naturalem habuere. Hic primus Babiloniam cepit. Inde auctis ex
victoria viribus Bactrianos expugnavit. Deinde transitum in Indiam
fecit que post mortem Alexandri veluti cervicibus iugo servitutis
excusso prefectos eius occiderat. Auctor ~~libertatis~~ libertatis Sandracottus
fuerat sed titulum libertatis post victoriam in servitutem verterat. Siquidem
occupato regno populum quem ab externa dominatione liberaverat ipse ser-
vitio premebat. Hic cum Anandro rege inmissa iussus salutem pedum
celeritate quesierat. Ex qua fatigatione cum somno captus
iaceret leo ingentis forme ad dormientem accessit sudoremque pro-
fluentem lingua ei abstersit expergefactumque blande reliquit. Hoc pro-
digio primum ad spem regni impulsus contracta manu latronum
Indos ad novitatem regni sollicitavit. Molienti deinde bellum
adversus prefectos Alexandri elephantus ferus infinite magnitudi-
nis ultro se obtulit et veluti in domita mansuetudine eum
tergo excepit. Sicque dux belli et preliator insignis fuit. Cum
hoc fecit pacem Seleucus. Eusebius in cronicis. Hic Seleu-
cus Antiochiam Laodiciam Seleuciam Apamiam Edessam et

pellam urbes condidit babilone quorum obtinuit **De symone et elea
zaro pontificibus pharo alexandrie lxxiiii**

Ho tempore iudeorum pontifex maximus Symon onye filius
clarus habetur cui cognomentum iustus fuit propter sollicitudinem divinam
religionem et in cives suos pronam clementiam ... comitus
mori. Seleucus in eas urbes quas construxerat iudeos transtulit
ius eis civium et municipalem ordinem cum grecis equali honore
tenendum. Censu rome agitato inventa sunt civium romanorum
ducenta septuaginta milia. Pontifex iudeorum eleazarus post symo
nis suscepit templi ministerium filio symonis sua pro admodum
derelicto apud macedones regnavit pirrus et post lisimachus vale
rius. valerius. Theodorus cirenensis cum rege lisimachum increpasset
et ob hoc cum ille cruci affigi iussisset tibilis ait hoc sit pur
puratis tuis mea siquidem nichil interest humi an in sublimi pu
trescam. Eusebius in cronicis. **A**nno ptholomei xl° sostratus
gnidius pharum in alexandria construxit. Ysidorus li. xv. inter miraculis
mundi. hic farus inter vii. mundi miracula fertur computatur. Nam super
iiii^{or} cancros vitreos passus xx^{ti} in mare fundatus est. Quomodo
cum tam magni cancri fusi sunt. Quomodo portati in mare et
non fracti. Quomodo fundamenta cemento super ipsum adherere potuerunt
et sub aqua quare cementum stare potuit vel quomodo non cancri non
franguntur aut quomodo non lubricant desuper fundamenta. Hoc magis mira
bilium est et ad intelligendum quomodo factum sit difficile. Ysidorus li. xv. Pha
rus est turris maxima ad prelucendum nautis in portu fabricata sic
dicta quia longe videtur a navigantibus fos enim lux oros visio dicitur.
Hieronimus. **De regno ptholomei et philadelphi et eius amore circa**

**P**ost ptholomeum lagi filium regnavit in egipto **scripturas. lxv**
ptholomeus philadelphus. Cepit anno quinte etatis CCC viii
mundi vero iiii. dcc^o. lxxx^o et regnavit annis xxxviii. hic iudeos qui
in egipto erant liberos esse permisit et vasa eleazaro pontifici ihe
rosolimorum votiva transmittens divinas scripturas in grecam vocem ex
hebrea lingua per lxx. interpretes transferre curavit. Quas in alexan
drina bibliotheca habuit quam sibi ex omni genere litterature comparaverat. Cor
mestor. Hic enim studiosus et librorum cupidus demetrium bibliothece sue
prefecit. Quem cum interrogasset ad quot milia librorum xx. adesse videtur. Sed
paulo post hec usque ad l. posse pervenire. Et nunciato sibi dixit
apud iudeos esse legem ore ipsius dei editam et digito eius
scriptam. quam summo opere laborandum dicebat ut in grecum genus
eloquium translatam in armariis regalibus haberet. hic enim erat lex dei quam phi
zena dicunt id est vinculum. zem enim vitam vel vinculum sonat quam vulgus
appellat zonam. Et ad condendam legis scientiam addidit quod non nisi
ad dei iniurias cultoribus transferri potuisset. Nam theopompus cum
hystoriis quas scribebat eam voluisset inserere mente alienatus est et dampna
tiam per dies xxx. Theodectes quorum per ... tam sensus est et cetus
et penitentes sanati sunt. Et suggessit regi ut scriberet pontifi
ci iudeorum ut iudeos hebraice et grece lingue peritos ad ipsum dirigeret

cum lege dei qui ad eam transferendam sufficient. Ideo ut impetret mu-
nera cum epistola mittenda censuit ad sacerdotem. Ibi aristeus qui longo tempore
iudeorum calamitati compatiens optimum tempus liberandi eos inveniens ait
Quod postulas obtinebis si tot iudeis in regno tuo servientibus
Solue itaque eos et nichil gratius erit pontifici et iudeis. Nec
absque hoc quod dico me iudeorum affinem estimes sed quia scio tua imperia
a factore omnium deo gubernari. Et liberavit rex decem milia centum dans
dominis eorum pro capite centum dragmas argenti. Cumque dixisset rex quam ma-
gnum est dixerunt magnum est quidem sed non regi munifico.

De lxxij interpretibus quos ei petenti misit eleazarus. lxxij

Tunc scripsit rex eleazaro in hunc modum. Gentem tuam quam captivos
nos inveni libertate donavi arbitrans hoc deo iocundum esse. Ex his
quosdam milicie assignavi alios quorum fidem probavi constitui
in pallatio. Leges quoque vestras in mea bibliotheca reponi decrevi. Bene
ergo facies mittendo nobis viros seniores qui valeant interpretationem
earum tante nobis relinquere. Transmisi modo argenti C talenta pro
immolationibus faciendis et reparavi L talenta auri ad crateras et liba-
toria facienda et gemmas sine numero ad artificum operationem. Tu manda
nobis que concedis facere volueris quod gratanter amplectemur. Tunc mittens
ad eum eleazarus quod postulabat rescripsit ita. Ad interpretandam legem quam
postulas misi viros seniores de unaquaque tribu vi legem scientes
Tue autem pietatis erit ut interpretationem ad nos eam tantum remittere. Hii sunt
septuaginta interpretes qui lxxij fuerunt more sacre scripture lxx
dicuntur que medietatem omittit si super aliquam summam excreverit septem sub-
ticet. Cum autem venissent ad regem longue ab eo collatio fuit non
tam ad regem intromissi usque in diem quintum. Imminebat enim illa
die sollempnitas triumphalis de triumpho scilicet quodam quem maiores
sui ea die habuerant. Ea igitur die suscepit eos quos tota venuste
perpetuo decrevit honorare. Qualiter eum instruxerunt et ei libros sacros transtulerunt lxvij

Post susceptionem vero xij diebus fuerunt cum
rege et scrutatus est ab eis que in corde suo disposuerat preci-
pue de duobus de cognitione dei et regni gubernatione. Cumque instru-
xissent eum de regni administratione plenius disputaverunt de uno deo co-
lendo et quod nulla natura deus esset. Unde est quod ubicumque occurrit
ris de trinitate vel subplenius transferunt vel enigmatice transtulerunt
ne tres deos colendos tradidisse viderentur. Similiter et de incarnatione
ubi mentionem facientes ut in ysaia quicumque dixisset nobis puer
natus est et addidisset vi eius nomina quorum unum est deus pro illis
vi nominibus transtulerunt magni consilii angelus ne viderentur tradidisse
hominem deificatum. Tunc dederunt regi rotulum quem attulerant
Nec sufficiebat admirari tantarum tenuitatem et compaginationem
que oculis deprehendi non possent quasi litere auree in candore tantum
adeo legibiles apparebant. Introducti autem sunt in domum regis
secus mare secretam que ad negotiorum deliberationem erat. Et date sunt
singulis celle singule et preparatus est eis oportunus et regimodum ad
interpretandum. Diluculo egrediebantur ad optandum bona regi
secundum consuetudinem. Tunc lavabat se ad mare secundum purificationem

indorum. Postea interpretabantur usque ad horam nonam. Inde transibant ad cibum
et requiem. Et consummaverunt opus lxx. duobus diebus. Unde quibusdam
visum est quod non transtulerunt tunc nisi pentatheucum cetera preterea unus vel plures
qui redierunt vel per aliquem postea ad regem redeuntes transtulerunt
psalmos et prophetas. Verumtamen si sit mirabile fieri potuit ut in tot
diebus interpretati sunt legem psalmos et prophetas. Ieronimus. Nescio videtur
velle quod interpretatores xl. dierum in salubro conscribebat omnibus constan
tes unam. Et est mirandum quod ut asserit Esdras legem quam
incendium reparaverat preterea cum veteri scriptura que apud samaritanos con
tinetur. **De approbatione translationis et eius remuneratione. lxviii.**

Opere completo convocavit Demetrius qui super libros erat omnes
Iudeos qui erant in Alexandria et ex provincia cunctores. Et
lecta est coram omnibus translatio eorum et approbata. Postea delata
est ad regem et coram eo relecta. Cumque peterent interpretes a rege
dari auctoritatem ut inmobilis permaneret quod se scivit laudare si demum
ita caste corrigerent eam ut quod semel iudicatum foret non tangere
mutare. Et remisit eos muneribus honoratos. Eleazaro quoque transmisit
munera. In templum eius misit preter vasa mensam auream gemmis
inpreciabilibus insignitam. Cuius crassitudo erat dimidii cubiti
et materiam superabat opus. Iosephus libro xii. Cum autem clamassent
seniores ut hii qui preerant exaltent orantes prospera regi divitias
eventum minime delectatus rex percepit adlationes. Nam sepius
natura quod summo gaudio patitur quod et dolentibus solet accidere. Cum vero
dixit Demetrius neminem fuisse ausum horum legum tangere
conscriptionem quod divina et venerabilis esset quia licet sint quidam adeo
hoc presumentes. Significabat enim quia Theopompus volens in historia
aliquid de hiis conscribere sit mente turbatus plus xxx. diebus. Et cum
quietior adeo merita supplicabat deum unde sibi dementiam facta suspi
catus esset. Nemo in sompnis vidit quod ei hoc ideo accidisset quia
divina scrutatus esset et proferre ea ad homines impuros vellet. Cumque
talis cessasset recepit sensum. Referebat et de Theodecto tragediarum poeta
quia cum vellet fuisse in aliquo dramaticorum meminisse que in divino
volumine continentur oculis obscuratis et glaucomate causam sue cecitatis. Et ita
liberatus est a passione deo veniam indulgencie deprecatus. **De studiis**

Sit itaque Ptholomeus rex cum **et libris prefati Ptholomei. lix.**
ditissimus bibliothecam ut decuit est connivi que litterature sibi comparavit.
Cui Demetrium Falereum prefecit grammaticorum tunc probatissimum ducem et pre
sentiam mandaverat. Et in tota (?) memoriam quibus aut vetustas
aut curiositas propinabatur ad famam ex suggestu eiusdem Deme
trii libros et sacros obtinuit. Idem misit Dionisium ad Indiam ut
res indicas mencione poneret. Ptholomeus iste canones astrorum
composuit et libros multos conscripsit quod fecit descripcionem orbis terre per erra
tosthenem philosophum qui admirativus ... Ptholomei a Siene usque
ad Meroen invenit ... stadiorum. De polis quoque ... punctualia
locorum aspectione ... horoscopis simili dime
sione ... longitudine formatis ...

supputationis homines doctos quod nasci fecerant singulis quibusque imposuit atque una die omnes umbras meridiani temporis observari fecit et notare unumquemque sui gnomonis umbram quantitate et longitudinis atque ita comperit quod ultra decem stadia adusque longitudinis gnomonem umbra non vadit. Hoc autem conclusit quod partes ccc lx quibus omnis zodiaci tractus dimiditur ad solis usque perveniat et partes qui ibi in comparata et incommutabilis sunt nec minus intra hoc amplius quam decem vel quindecim stadiorum in spatium obtineat. Compta ergo magnitudine unius per lineas que ad zodiacum pertinet et illa trecen-
2 ties sexagies multiplicando tenebat hic diffinitur stadiorum ducentorum quinquaginta duorum milium .i. miliaria xxxi et unum milia et quadringentorum trecentorum et sexaginta per unum dans et stadia decem .i. lxxxvii milia et semissem. Igitur xxiiii^ta partem tot stadiorum transcurrit sol in una hora .i. stadia x milia et quadringenta sive mille ccc^ta xii miliaria et semissem hore autem parte xv^a .i. unius ex ccc lx gradibus circumspicit vel describit solem decem stadia sive lxxx unum miliaria et semissem transcurrere predicti viri ambobus claret dimissione Eusebius invenit. De Brenno gallorum duce qualiter macedones et delphos superavit.

Anno ptholomei philadelphi iiii^o regnante x^o macedonum sostenes annis duobus Justinus li. lxx. Brennus quo duce portio gallorum in greciam se effuderat audita victoria suorum qui belgio duce macedonas vicerat adunatis cl milibus peditum et xv milibus equitum in macedoniam irrumpit agros et villas depopulatur. Cui cum occurrisset sostenes cum instructo exercitu pauci a pluribus trepidi a valentibus facile victi sunt. Brennus autem qui ei iam parva spolia fastidit animum ad deorum templa convertit scurriliter iocatus locupletes deos largiri hominibus oportere. Statim igitur delphos adit aurum religioni predam offense deorum preferens quos nullis opibus egere ut potest qui eas hominibus largiri solent affirmabat. Templum autem apollinis delphis positum est in monte parna-so hinc rupes undique cingentes in eo saxo consedit atque ita templum et civitatem non muri sed precipitia nec manufacta sed naturalia
2 presidia defendunt. Media saxa rupes in formam theatri recessit. Quam ob rem et hominum clamor et si quando accedit tubarum sonus personantibus et respondentibus inter se rupibus multiplex audiri ampliorque quam editur resonare solet. Que res maiestatis maiestatis maiorem terrorem ignaris rei et admirationem stupentibus plerumque affert. In hoc rupis anfractu medie ferme montis altitudine planicies exigua est atque in ea profundum terre foramen quod in oracula patet ex quo frigidus spiritus vi quadam velut vento in sublime expulsus mentes vatum in vecordiam vertit impletasque deo responsa consulentibus dare cogit. Multa ibi et opulenta regum atque populorum visuntur munera. Igitur gallorum exercitus cum primum commeatibus egesta vina invenit. Itaque multitudo tanquam victoria letum se per agros dispersit desertisque signis vagabatur ad occupanda omnia. Fama vero opinione adventus eorum prohibiti fuerunt agrestes avidi messas. &c.

vinaque in vallis efferre. Erat in conspectu Brenni acies peditum
lxv milia Delphorum sociorumque ut iiii milia milites erant.
Erant autem in templo multe statue cum quadrigis solido auro fac-
te. Ob quarum cupiditatem Galli sine respectu periculorum in bellum
ruebant. Delphi autem cadentes Gallos ex summo montis vertice par-
tim saxis partim armis obruebant. Qualiter idem Brennus cum suis
per fallaciam Apollinis postea succubuit. lxxi.

Inter hec etiam repente universorum templorum antistites simul
ipse vates sparsis crinibus cum insignibus atque infulis pavidi ve-
cordesque in primam pugnantium aciem procurrunt advenisse deum
clamantes eumque se vidisse desilientem in templum per culminis aperta
fastigia et iuvenem super humanum modum insignis pulchritudinis
comitesque ei duas armatas virgines ex propinquis duabus Diane
Minerveque edibus occurrisse et audisse se stridorem arcus ac
strepitum armorum. Proinde ne cunctarentur diis antesignatis ho-
stem cedere actos monebant. Quibus vocibus incensi omnes
statim in prelium prosiliunt. Nam et terre motu portio montis ab-
rupta Gallorum stravit exercitum. Insecuta deinde tempestas est que
grandine et frigore saucios ex vulneribus absumpsit. Dux
ipse Brennus cum dolorem vulnerum ferre non posset pugione
vitam finivit. Alter ex ducibus duobus qui cum eo erant cum x mi-
libus sauciorum Grecia excessit. Quibus pavidis fugientibus nulla
sub tectis acta nox est nullus sine labore et periculo dies imbres
assidui et gelu nix concreta et fames et lassitudo et super hec ma-
ximum pervigilie malum miseras belli reliquias obterebant. Ita
quod ex tanto exercitu nec ad memoriam tante cladis superfuit. Ex
libris Justini. Qualiter apud Macedones Galli corruerunt

Apud Macedones autem post Ptolemeum regnavit Antigonus. lxxii.
generatus ab Alexandro xii annis xxxvi°. Justinus. Porro
a Brenno duce cum in Greciam proficisceretur ad tuendos gentis terminos
relicti fuerant peditum xv milia equitum tria milia. Qui fugatis
Getarum Tribalorumque copiis Macedonie imminentes legatos ad An-
tigonum regem miserunt qui pacem ei venalem offerrent simul
et castra regis speculaverunt. Quibus in convivium ad cenam exposito
et grandi pondere auri et argenti et elephanti ad terrorem ostenso
illi autem redeuntes et omnia in maius extollentes opes regis
et neglegentiam nunciant. Igitur nocte castra regis aggrediuntur. At ille
pugnam pridie dederat suis ut omnibus rebus ablatis in proxima
silva taciti se occultarent. Galli vero omnia repperientes vacua
sine custodia timentes ad postremum ablatis que invenerant ad litus
veniunt. Ubi dum naves incautius diripiunt ~~a reg~~ a remigibus
et ab exercitus parte que illo cum coniugibus et liberis confugerat trucidantur.
Eo tempore reges orientis sine mercenario Gallorum exercitu nulla bel-
la gerebant neque pulsi ad alios quam ad Gallos fugiebant. Tan-
tus terror Gallici nominis et armorum invicta felicitas erat ut
aliter neque maiestatem suam tutam neque amissam recuperare se

posse sine gallica virtute arbitrentur. Itaque residui in auxilium emmenis bithinie regis invocati regnum cum eo parta victoria diviserunt eamque regionem gallogreciam vocaverunt. Actor.

De quibusdam prodigiis et bellis

Anno ab urbe condita CCCCLXXVII secundum Orosium qui fuit LXXIII annus vero philadelphi obscena et dira prodigia vel visa rome vel nunciata sunt. Edes enim salutis ictu fulminis dissoluta et pars muri sub eodem loco de celo tacta. Lupi tres ante lucem ingressi urbem semiesum cadaver intulerunt sparsumque membratim in foro ipsi strepitu hominum conterriti reliquerunt. Apud formias multis ictibus fulminum menia undique ambusta et dissoluta sunt. Apud agrum calenum repente scisso hiatu terre flamma eructata est. Tribus diebus totidemque noctibus terribiliter exestuans quinque agri iugera exhausto penitus ubertatis succo in cinerem convertit ita ut non fruges solum sed et arbores cum imis stirpibus absumpsisse referatur. Sequitur abhinc quod sempronius consul adversus picentes duxit exercitum. Et cum directa intra iactum teli utrimque acies constitissent repente ita cum horrendo fragore terra tremuit ut stupore miraculi utrumque pavefactum agmen hebesceret. Tandem pertinacia conciti concurrere ceperunt. Triste adeo id bellum fuit ut merito diceretur tanto humano sanguine suscepturam cum gemitu tunc horribili terra tremuisse. Romani pauci admodum eo prelio qui evadere vicerunt. Iustinus. Eo tempore pirrus de epiro rediens macedonie fines invadit antigonum vincit macedoniam in deditionem accipit. Pirrus autem se ad deniceda regna invictus habebat. Ita devictis tractatis celeriter carebat. Tanto melius studebat acquirere imperia quam retinere. Deinde illi bellum adversus spartanos fuit maiore mulierum quam virorum virtute. Ubi et ptholomeum filium et exercitus partem robustissimam amisit. Deinde ad oppugnationem urbis tanta feminarum multitudo convenit ut pirrus non fortius victus quam verecundius recederet. Eusebius. Minucia eo tempore virgo vestalis ob incorruptionem defensa pressa est.

De archesila philosopho et academicorum nonnullorum errore LXXIIII

Eodem tempore polemo philosophus moritur post quem archesilas et crates clari habentur. Actor. Hic archesilas quondam ut ait augustinus capitulo [illegible] secta achademicorum novorum qui dicebant nichil sciri sed omnia esse dubia hic ut ait seneca ipse omnis scientie eripuit. Error est autem repugnantia scire quam nichil homo sciat sic breviter improbat augustinus de civitate dei libro XI capitulo. Et nos in nobis esse et nos esse novimus et id esse ac nosse diligimus. Nulla in hiis veris achademicorum timemus argumenta dicentium. Quid si falleris? Si enim fallor sum. Nam qui non est utique nec falli potest. Ac per hoc sum si fallor. Quia ergo sum quoniam esse me fallor quomodo esse me esse si fallor. Quia igitur essem qui fallerer procul dubio in eo quod me novi esse non fallor. Consequens est autem ut etiam in eo quod me novi nosse non fallor. Sicut enim novi me esse ita novi etiam hoc ipsum nosse me. Eaque duo cum amo eundem quoque amorem quiddam tamquam tertium nec imparis

potores industria solide laudis cupidus appetendas effecit. Actor. De
sectis stoicorum veris et falsis. lxxviii.

Quo stoicorum sententia cuius secte principes fuerunt zenon et crisippus
fuit ut ait Ieronimus in dial. contra pelagianos posse omnes perturbationes
eradicari et extirpari de mentibus hominum. hoc idem sentiunt veteres acha-
demici peripatetici easdem perturbationes debere frangi regi et moderari
et sicut insrenes equos quibusdam lupatis cohercere. Horum sectas pos-
tillus intuscularis tonigeres inspiratoribus libri aut ticinis de pa
doxis de sententiis stoicorum totus contextus est quarum quedam quidem ve-
rum plenes aut false sunt vi paradoxa que ibi ponit. Verbi gracia
primum est solum bonum esse. Secundum in quo virtus sit ei nichil deesse ad
bene vivendum. Tercium quia ut magis est culpa. Quartum omnes stultos
insanire. Quintum omnes sapientes liberos esse et omnes stultos servos.
Sextum solus sapiens dives est. Item stoicorum fuit illa que ponit
Seneca in iiii^o li^o de beneficiis dicens. Negamus iniuriam accipere sapi-
entem qui eum illo pugno percusserit iniuriam dampnabitur. Negamus
stulti esse quicquid est et eum qui rem aliquam stulto subripuit furti
condempnabimus. Insanos omnes dicimus nec tamen omnes curamus
elleboro hiis ipsis quos vocamus insanos et suffragium et iurisdictionem
committimus. Idem ibidem in li^o iiii^o. Dicunt stoicos omnia vicia
esse in omnibus nec quivis est alius malicia alius luxuria
inclinatur. Idem in li^o v^o. Disputacio contra stoicos de beneficiis lxxix.

Satis stoici quod nemo malo homini posse prestare beneficium est quod
possit ergo beneficium non accipit malus. Sed si malus non accipit
beneficium ergo non debet reddere. ergo ingratus non est. Iste bonus vir omnia
recte facit ergo ingratus esse non potest. Et ita nec bonus quisquam ingratus est
nec malus. at quid dicimus. Vnum apud nos bonum honestum est id pervenire
ad malum non potest. Desinit enim esse malus si ad illum virtus intraverit.
Quamdiu autem malus est nemo illi dare beneficium potest quia convertit ad illum
pervenit prono usu corrumpitur. Quemadmodum eo stomachus morbo
vitiatus et colliges bile quoscunque accepit cibos mutat et libus
et omne alimentum in causam doloris trahit ita animus cecus quidquid illi com-
miseris id onus suum et perniciem et occasionem miserie facit. Ita in
codem. Nec potest ad malos pervenire quod prosit immo quod non noceat
quecunque enim illis contingunt in sua vertunt. Ideo nec beneficium dare
possunt quia non potest quod non habet dare. Sed quamvis hec ita sint omnem
accipe quedam malus potest que beneficiis similia sunt. Que nisi non redditis
ingratus erit. Sunt enim animi bona sunt corporis sunt fortune. Prima
astutis et malis submonentur. Peripatetici non que scholastica habent longe
lateque limites ponunt aiunt omnia beneficia perventura ad ma-
los qui non redditur ingratus est. Nobis autem non placet esse beneficia
que non sint animum factura meliora commoda esse illa et expetenda non
negamus. Cleantes autem vehemencius agit licet inquit beneficium non
sit quod accepit tamen ingratus est quia non fuit redditurus et si accepisset.
Sic latro est et antequam manus inquinet quia ad occidendum iam voluntate
armatus est et habet enim et apta ope rapinam et in rapit. Ita de eodem

[Q]uo nemo p(er) nos ingratus e(st)? o(mn)es **Item de eodem lxxx**
ti sit nu(n)quid o(mn)es ingrati. Nam ut dicit(ur) o(mn)es stulti mali s(un)t
et qui unum h(abe)t viciu(m) h(abe)t o(mn)ia. Q(ui)d? si n(on) undiq(ue) g(e)n(er)i hu(m)ano (con)viciu(m)
fit? No(n)ne publica querela e(st) b(e)n(e)ficia p(er)isse et pauciss(im)os e(ss)e qui de
bene merentib(us) non invicem pessime mereant(ur)? Nec e(st) q(uo)d hanc tantu(m)
n(ost)ram murmuratione(m) putes. Alius qui eos p(ro)ph(et)as domo clamat et
... querulos genus o(mn)e dampnatum vox mitti(tur). Non hospes
ab hospite tutus. Non sperar(e) agendas gr(ati)as quor(um) gr(ati)a rara e(st). Imminet
exicio vir (con)iugis illa mariti. B(e)n(e)ficia in scelus v(er)sa s(un)t et sanguini
eor(um) n(on) p(ar)cit(ur) p(ro) quib(us) sanguis fundend(us) e(st) similis se ac deposito loco pu
tat stare qui usq(ue) ad su(m)mu(m) venit p(er)stetit. Ille postremo die dic(er)e audeat
vixi et que(m) dederat cursum fortuna p(er)egi. Idem in vii(o) li(bro). Dicitis stoici
o(mn)ia sapientis e(ss)e. Q(ui)d (er)go h(ab)et q(uo)d p(otes)t dare sapienti si o(mn)ia eius sunt?
Nichil p(ro)hibet quid et sapientis esse et eius qui possidet. Iure civili o(mn)ia
regis sunt et tamen illa quor(um) ad regem p(er)tinet universa possessio in
singulos dominos descripta sunt. Dare tradere et donum ... possu(m)
et mancipium n(on) dare ... dicam. Ad regem enim p(otes)tas o(mn)ium p(er)tinet
ad singulos p(ro)p(r)ietas. Item: nos sua ... Omnia sapientis s(un)t. ...
sapiens ... Sic et ... mutuum sumere. Et quid aliter
in castra refugisset similiter ad eundem exitum perisset. Justinus. De fuga
Victo hannibal cum antiocho romani infestantes et morte hannibal et de prusia
conditiones pacis deditionem eius posceret admonitus ... Lix
gam cretam defertur. Ibi cum diu quietam vitam egisset invidiosumque se propter ni-
mias opes videret amphoras plumbo repletas in templo dyane quasi
fortune sue presidia deponit atque ideo nichil de illo sollicita civitas quoniam velut
pignus opes eius tenebat ad prusiam contendit auro suo statuis quas secum
portabat infuso ne conspecte opes vite nocerent. Dehinc cum prusias ter-
restri bello ab eumene victus esset et prelium in mare transtulisset hannibal no-
vo commento auctor victorie fuit. Quippe omne serpentium genus in fictiles
lagenas conici iussit medioque prelio in naves hostium mittit. Id primum
ponticis ridiculum visum fictilibus dimicare qui ferro nequeant. Sed ubi serpen-
tibus cepere naves repleri ancipiti periculo circumventi hosti victoriam ces-
serunt. Que ubi romam nunciata sunt missi sunt a senatu legati qui utrum-
que regem in pacem cogerent hannibalemque deposcerent. Sed hannibal cognita
sumpto veneno legationem prevenit. Auctor. De hoc vero prusie rege bithinie
filius qui et prusias dictus est legitur in valerio libro i quod pro superiore ordine
dentium unum os equaliter extentum habuerit nec ad speciem deforme nec ad u-
sum ulla ex parte incommodum. Refert etiam valerius de hannibale quod cum apud
bythiniam regem prusiam exularet auctorque ei committendi prelii esset atque prusias
non audere sibi portendi in extis videre diceret ad prusiam hesitantem ait tu in-
quit vituline carunculae quam imperatori veteri mavis credere. Item valerius
libro vii refert quod cum sub hannibalis obsidione casilinates clausi cu-
ncta sua pinguissima membris suis subtracta conspicerent. Et lora etiam
vinculorum corporibus subducta et pelles scutis detractas ferventi aqua resolutas ad
mandendum maluerunt quam armis discedere. Et addit. Quid si tam acerbitatem
intuearis inopie. Quid si constanciam respicias fidelius ... quos
cum obsidione et fide ad extremum ... permanent quendam murem
captum ducentis potius denariis vendere maluit quam famem levare. Qui
avaricie pretio fame consumptus est et qui emit vixit. Sed prudencia utrique
sui mutata eventu. Post hannibal cum ... obtinuit ut in flumine gello
de corporibus romanis ponte facto exercitum traduceret. Justinus. De victoria
messeniorum contra acheos et de morte affricani et ptholomei. Lx

His temporibus inter messenios et acheos de principatu orto dissensionis
motu bellum exortum est in quo nobilis ille acheorum imperator phi-
lopomenes capitur non quia pugnando vite pepercit sed dum suos
in prelium revocat in transitu fosse equo precipitatus est. Quem captum
messenii verecunda dignitate interficere ausi non sunt. Sed captivum

plurimorum cum tunc in medio hospiti condixerunt effuso obviam
populo corpus quod eum in theatrum duci iusserunt ut omnes cernerent quem
capi potuisse incredibile videbatur. Iube ei incantatoribus ducto scandia
magicis eius senium dederunt. Verum ille letus atque vicissim accepit
precepto prius alligatas perfectum atque eorum que prius ante inscia omnium
ducebat in columnis effugisset. Tunc ut accepit tamen se non nisi tot
bus male consultum atque eius occupavit. Augustinus. Eo tempore scipio affri
canus ardens inimicorum accusacionibus tamen quam patria quam sua virtute
salvam et liberam reddiderat populi in oppido linterni post insignem
suum triumphum nullo illius urbis captus desiderio vitam finivit. In
hunc sepulcro iussu eiusdem scriptum est ingrata patria ne ossa quidem
mea habes Ieronimus super danielem. Mortuus autem est ptholomeus epyfanes
anno regni sui xxxvi. Senecta autem suis aduabus suis. Magnam
unius quem ab illo tantas res moverat ubi fuit periculum. Audit amici
tas sibi esse dimicias. Verum divulgatum est non populos timentes dictes
me ipsorum auferat seditas maleficiorum artibus eum occiderunt. De regno
philometoris et stacio poeta et dictis eius. Capitulum lxi.

Post hunc igitur regnavit in egipto ptholomeus philometor filius cleopatre
filie antiochi magni sororis antiochi epyphanis. Ieronimus
hic fuit egiptiorum vii. Cepit autem quinta etate .CCCC.xii.o mundi
vero iiii.m dcc.o lxxx.a et regnavit annis xxxv. Eusebius in cronicis
Eo tempore stacius cecilius comediarum scriptor clarus habetur natione
gallus et eius primum contubernalis. Cum in mediolanense post mortem
Ennius post mortem ennii et iuxta ianiculum sepultus. Actor. Hunc sunt
ut ait agellius. Inimici pessimi sunt fronte hilari corde tristi. Ex
tant autem duo libri stacii poete metrice scilicet achilleidis et thebaidis
De quibus quedam pauca que sequuntur scripta sunt. Stacius in libro achil
leidis. Vae aut gaudia vires. Sequitur gaudia forme adiciunt Nec
latet haurit amor sed fax vibrata medullis in vultus atque ora
redit lucemque genarum tingit et impulsum tenui sudore pererrat
Idem in thebaide libro i.o Gentilis animos subiit fragor ergo huius
invidia atque pavens odii metus. Inde regendi secius amor rupte
que vices iurisque secundi ambitus impaciens et summo dulcius unum
stare loco sociisque comes discordia regni. Idem in libro ii.o Non parit
plus regnum sancte. Semper timendo sceleris Idem in libro iii.o Pes
simum in dubiis augur timor sunt ante seda cupido quorum morte
leuis facit tior. Idem libro vii.o Tu alatius quem invictus inhibent honore
des. Idem libro x.o Mille modos leti miseris mors una fatigat
Idem libro x.o Pavolis amor ardua vincit pectora et ubi dat
vires nimius timor. Non frena animo permitte calenti da spacium
tenuemque moram male cuncta ministrat impetus. Idem libro xi.o Hic
ut amens furor et instans pietas. Comestor. De antiocho epyfa
ne et prophanatione urbis sancte et ambicione sacerdotum. Capitulum lxii.

Igitur audiens antiochus epyfanes qui rome obses erat fratrem
primum heredem mortuum scienssque se inheritanciam de regno syrie habere
de se primus clam rome egressus est hic quidam habitant septimenea

senatorum redisse Seleucus in Syria regnum se omnibus et munificentiam
exposuit. Breuiter erat in agentibus et acer in hostes unde rapsis cognomina
tus est Epiphanes quod sonat illustris. Et mortuo sic regi pred. Exspectans
merus. Anno ergo philometoris v. antiochus qui Epiphanes Syrie regnauit
annis xi. Eo tempore aristobolus natione iudeus peripateticus philosophus agno
2 scitur qui ad philometorem ptholomeum in complacentiam in moysen scripsit commen
talos. Comestor. Antiochus autem regno suscepto magis sibi in scita appe
2 ruit quam paterno obtinendo palliauit. Tunc surrexerunt in ierusalem filii
belial in traducentes ritus gentium. Et petierunt ab antiocho ut facerent
in ierusalem ephebiam .i. lupanar ephebeorum et quod leuiter fecerunt antiocheni
et gymnasia in quibus dogmatizabat de ritu gentilis. Et fecerunt sibi pre
putia .i. non circumcidebant paruulos suos vel quia ritu pellicatorum vincebat
secunda tamen volunt quod quedam velamina faciunt circumcisioni sue ne in re
mundatione appareret dissimiles. Causa vero huius flagicii erat hec. Onias
sine liberis duos habebat fratres iesum vel oniam et iohannem qui contendebant
de pontificatu et ut placerent antiocho declinauerunt ad ritus gentium adeo ut
etiam nomina gentilium sibi imponerent. Et iesus dictus est iason iohannes
modo vel onias menelaus. Cuius plures erat cum iasone supplicatur antiocho
de faciendo gimnasio in ierusalem. Et audiens eum viri pessimi culpabiles
malos et in violare sabbati et huius. Propterea antiochus amouit iasonem
et eleuat ~~menelaum~~ Menelaum qui fratres eius omnia in antiochiam. Hic nam cum
vidisset fratrem suum descenderat ad regem si posset mutare animum regis. Sed cum
nequiret sedebat in antiochia in asilo. Et veniens postea cum menelaus
fecit eum occidi. Actor. Hec madurator helynandus autem qui videtur concordi
nem historie diligentius scrutatum fuisse ita dicit Iterum de eodem. C xiii.
Cum susceperisset regnum antiochus nobilis iason ambiens sacerdotium
summi venit ad antiochum et promisse ei argenti talenta ccc lx
vectigalia suscepit sacerdotium et constituit in ierusalem gimnasium sub arce et ephebia
in quibus posuit obtimos quosque ephebor(um) et ierosolimitas antiochenos scrip
sit. Hic quorum qui prius vocabatur iesus se fecit vocari iasonem et frater eius
qui iohannes dicebatur se vocauit menelaum. Erant autem ambo fratres Onie
pontificis qui sine liberis erat. Dicitur autem augustinus quod ignis sacrificii qui per
lxx annos babilonice captiuitatis sub aquis vixerat extinctus est antiocho
iasoni vendente sacerdotium. Cum autem quinquennalis agon tyro celebraretur
et rex presens esset misit iason trecentas didragmas in sacrificiis herculis que
date sunt in fabricam nauium triremium. Post hec antiochus veniens ierosolimam
solempniter susceptus est a iasone honorifice cum facularum luminibus et laudibus.
Post hec iason expulsus est in exilium in amaniceam regionem supplantatus
a menelao fratre suo quem prius oniam fuisse nominatum dicit. Iosephus menelaus
petrus autem. Comestor. Non oniam sed iohannem eum dicit fuisse appellatum.
Non multo post amoto eodem menelao substitutus est pro lisimachus fra
ter eius. Post hec fecit menelaus occidi oniam abandronico cum antiochi
incidam commisit dans ei uel tecta aurea quedam vasa templi que furatus
fuerat. Cuius cedes cum querela delata esset ad antiochum antiochus ipse
indignatione commotus fecit andronicum purpura exutum per totam
ciuitatem circumductum in eodem loco in quo oniam occiderat occidi iussit. Deum.

infestus et lisimacus fratres eorum. **De apparicione equitum per aera**
**et morte menelay et spoliacione templi. Cxxiiii.**
Antiochus autem secundam profectionem in egiptum parante contigit per totam civitatem
ierusalem diebus xl. videri per aera equites discurrentes auratas sto-
las habentes et hastas quasi cohortes armatos et cursus equorum per ordines
digestos et congressiones fieri cominus et scutorum motus et galeatorum multitudinem
gladiis districtis et telorum iactus et aureorum armorum splendorem
omnisque generis loricarum. Post hec iason cum mille viris apprehensa civitate
obsedit menelaum in arce. Et ibi victus refugit in ammanitem
et inde ab aretha arabum tyranno expulsus est in egyptum. Et tandem
apud lacedemones mortuus et sepultura caruit (?) patria sua. Postquam
autem expulsus antiochus ab egyptiis venit in iudeam et spoliavit
templum et posuit in arce presidium macedonum et reversus in terram suam
antiochiam et cum suspicaretur iudeos se deserturos et iratus cepit
civitatem et iussit fieri cedes senum et iuvenum mulierum et infantium.
Interfecta sunt ergo in triduo lxxx. milia et xl. milia vincta et non minus
venundata. ablatis quoque de templo mille dcccctis talentis regressus est
antiochiam. **De secunda repulsione antiochi ab obsidione alexa-**
Post biennium rursum contra ptholomeum **drie et de bastarnarum submissione**
congregavit exercitum (?). Justinus. Antiochus ptholomeo maiori **Cxxv.**
sororis sue filio regi egipti bellum infert segni admodum et cottidiana
luxuria ita in desidenti ut non solum regie maiestatis officia intermitteret
verum etiam sensu hominis nimia segnicia careret. Pulsus igitur regno ad fratrem
minorem ptholomeum in alexandria confugit participatoque cum eo regno le-
gatos romam ad senatum mittunt. Cum ergo duo fratres ptholomei obsiderentur
alexandrie ab avunculo suo venerunt romanorum legati quorum unus nomine
popilius levas precedere eum ab egipto iubet. Cum autem rex osculum
ei obtulisset nam inter eos coluerat popilium cum rome obses fuisset
popilius privatam interim omissa amicicia iubet cum mandata patrie
intercedant prolatoque et senatus decreto et tradito cunctari eum videret
consultacionemque ad amicos referre virga quam in manu gerebat amplo cir-
culo inclusum ut amicos caperet consulere eos iubet nec prius egredi inde
quam responsum senatui daret aut pacem aut bellum
cum romanis habiturum. Vide (?) super danielem. Cum fregisset popilius orbem in
harenis baculo quem tenebat manu nec inde recederet rege stante
in littore et stupefacto cum dixisse fertur. Senatus et populus romanus
precipit ut in isto loco videas quid consilii geras. Quibus dictis per-
territus antiochus dixit. Si hoc placet senatui et populo romano recedendum est
et non legatum locutum sed curiam sperans (?) cum celeres (?) potius
recedens. Post biennium autem quam templum spoliaverat antiochus misit
in ierusalem qui tributa exigerent a iudeis et cessarent cultu dei et in
templo iovis olimpii simulacrum et antiochi statuas poneret (?) ...
... Eo tempore apud macedones regnavit perses. Orosius (?) ... tribus (?)
bellis (?) et innumeris consulibus bastarnarum gens ferocissima actore perseo phi-
lippi filio perdomita (?) est sollicitata et ... plus facultate.

sine ulla pugna uel aliquo hoste deleta est. Nam tunc forte Danu-
bius qui et Hister crassa glacie superstratus pedestrem transitum facile
praebebat. Itaque cum impudenter toto cum maximo simul agmine in summa
hominum et equorum multitudo transiret enormi pondere et concussione concu-
tium gurgitis gelu conglaciata crusta dissiluit totumque agmen quod
diu sustinuerat mediis gurgitibus victa tandem et comminuta destituit
atque eadem rursus fragmentis impedientibus superducta subtexit. Pauci
ex gente propter utramque ripam vix confossis lateribus euaserunt. Iustinus.

De subversione regis Macedonum per Romanos et Ennio poeta. Cap. lxxvi.

[E]o tempore gravissimum est bellum Macedonicum inter Perseum et Romanos
ubi fuerunt in auxilio Persei Scordisci Galli Histrici et Daci. Nam
Daci suboles Getarum sunt qui cum Orole rege adversus Bastarnas ma-
le pugnassent ad ultionem segnitiae capturi somnum capita loco pe-
dum ponere iussu regis cogebantur ministeriaque uxoribus quae ipsis ante fieri
solebant facere. Neque haec ante mutata sunt quam ignominiam bello accep-
tam virtute delerent. Contra Paulus Emilius consul datur qui post
adventum Macedoni cum bello decernit. Valerius. Cui cum forte evenisset
ut bellum cum Perse rege gereret veniens domum e curia filiolam osculatus tristem
animadvertit. Causam cum quaereret illa dixit Persam periisse. Decesserat autem
catellus quem in deliciis habuerat nomine Persa. Ex quo fortuito dicto
certam spem clarissimi triumphi animo praesumpsit. Iustinus. Pridie autem quam pugna
consereretur luna nocte defecit id portendere Perso omnibus praesagientibus
finemque Macedonici regni portendi vaticinantibus. Prima pugna. Marcus
Cato oratoris filius dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat
equo dilapsus pedester proelium aggreditur. Nam cadentem manipulus
hostium cum horrendo clamore veluti iacentem obtruncaturus circumsteterat.
At ille citius corpore collecto magnas strages edidit. Cum ad illum unum
opprimendum undique hostes convolarent dum procerum quendam petit gladius
ei e manu elapsus in mediam cohortem hostium decidit. Ad quem reci-
perandum umbone se protegens inspectante utroque exercitu inter hostium mucrones
sese immisit recollectoque gladio multis vulneribus acceptis ad suos cum cla-
more hostium rediit. Huius audaciam ceteri imitati victoriam pepere-
re. Perseus rex fugam cum x milibus talentorum Samothraciam fertur.
Ad quem Gneus Octavius ad persequendum missus [illegible] cum duobus
filiis Alexandro et Philippo cepit captumque ad consulem reduxit. Oro-
sius. In eo proelio xx^ti milia peditum caesa capti [illegible] sunt. Rex
autem cum equitatu fugit sed continuo captus atque in triumpho
cum filiis ante currum actus est. Et postea apud Albam in custodia defecit.
Filius eius iunior fabricam aerariam ob tolerandam inopiam Romae
didicit ibique consumptus est. Eusebius. In Oriente. Igitur ante Philometoris
xvi^o Antiochi cognomento Epiphanis viii^o Macedonum regnum defecit. Enni-
us autem poeta lxx annis maior articulari morbo periit
sepultus in Scipionis monumento via Appia intra primum ab urbe mi-
liarium. Quidam ossa eius Rudiam ex Ianiculo translata affirmant.
Comestor.

De impietate Antiochi in Iudaeos et zelo Mathathiae. Cap. lxxvii.

Antiochus itaque ab Egipto repulsus principes volens redire in
Jherusalem cum furore et apperuerunt ei portas fautores sibi. Et intravit
sanctuaria procedens et expoliavit templum Menelao ductore tollens vasa et
posuit in templo ydolum Jovis Olimpiaci vel Hospitalis. Oblationes mo-
saycas se prohibuit altare erexit ammonens et carnem suillam edere
et ydolis immolare cogit iudeos. Arcem quam munivit in monte Syon
in qua posuit presidium Macedonum qui iudeis erat in omnibus infestus.
Mulieres quasdam circumcidisse filios suos arguisse suspendebat et parvulos
ad colla earum. Videntes autem Samaritae iudeos hec pati de consuetudine
more sue se non esse cognatos iudeorum fatebantur. Et quod habebant predica-
verunt templum super Garisim dei ex mandato regis. Tunc multi iude-
orum sponte quidam timore iussa regis peracti sunt prelati vero prioribus
legibus adheserunt. Erat autem vir Hierusalem sacerdos nomine Mathathi-
as de vico Joachim. Erantque ei filii v. Johannes Symon et Iudas
Eleazarus et Jonathan. Hii videntes mala in duce [illegible] plan-
xerunt. Et venientes emissarii directi a rege in Modin statuentes
ydola. Tunc quidam ex iudeis immolat in medio. Et succensus Ma-
thatias cum filiis trucidavit eum super aram et nuncios regis interimit
aram quoque deponens clamat. Si quis zelum dei habet sequatur me. Et cum omni
tribu sua fugit in solitudinem omnia relinquentes. Multi quoque cum filiis
et uxoribus ad solitudinem confugerunt malentes [illegible] uti quam inquinari.
Tunc emissarii regis aggressi sunt eos in diebus sabbatorum quibus
in speluncas [illegible] ignem [illegible] quosdam alios in speluncis
globis fumi suffocantes. Et perierunt [illegible] plures autem liberati
adiuncti sunt Mathatie et cum iudicio sibi statuit. [illegible] decrevit eos
pugnare in sabbatis diebus. Si super hec legem [illegible] hostes.
legis dantes tamen ut posset quilibet et lex [illegible] anno uno [illegible]
gessit ingratus et mortuus est. Sane in [illegible] Antiochi cum
cogerentur iudei [illegible] legibus [illegible] due mulieres delate sunt natos
suos circumcidisse. Et has infantibus ad ubera suspensis [illegible]
[illegible] carnifices [illegible] precipitaverunt. Eleazarus quoque unus
de [illegible] scribarum [illegible] ore [illegible]
[illegible] sacrificii [illegible] amici [illegible]
[illegible] rogabant ut simularet se adimplere regis
mandatum. Sed [illegible] aiebat adolescentibus [illegible] forte deliquisse
Et plagis [illegible]

**De vii. Machabeis martiribus. C. xviii.**

c. Contigit autem et vii fratres una cum matre
comprehensos compelli a rege ad esum carnis porcine. Tribus
renuentibus iussit rex coram eis sartagines et ollas [illegible] suc-
cendi et primogeniti lingua amputata. Cumque cute capitis abstracta
et summitate pedum et manuum precisa coram matre et fratribus missus in
sartaginem torrebatur. Et in eundem modum singuli fratres ad ordinem
generis torquebantur premissa [illegible] exhortatione ut regi obedirent
et viverent. Supra modum autem mater mirabilis singulos hortabatur ad mar-
tirium que et ipsa novissime post filios defuncta est. Josephus tanti pro

gatiua virginum asserunt complurimi de hiis vii fratribus eciam sollempnizare Jo
hannes. Crisostomus in sermone de machabeis. Sepe mater si videt filium suum febribus
estuare ita patitur ut ardores illius optat in sua membra transferre et sani
tatem in filium transfundere. Et cum vera sit mentis viribus talis affectus matrum
quod mater illa vii machabeorum gemitus in suppliciis filiorum puniebatur quasi ipsa
pateretur et maior erat passio in matris visceribus. Cruenta in filiorum corporibus clama
rissimum illud simul et dulcissimum matris spectaculum audivisset in qua confli
ctum affectionis humane et pro ipsorum fide tormentorum. Dulcissimum vero pro vir
tute fidei que delectabatur domesticarum conspectu passionum quos quoniam sacrilegi
regis crudelitatem confessio gloriosa vincebat. Mater illa dolores partuum suorum
oblita conspectu orbitatum suarum non frangebatur sed confortabatur. Quam nature
tyrannidem deo superante calcavit. Crue et bestiarum ferocitatem subigere consuevit.
Sepe enim difficiles capi belue per amorem ad sobolis sue capiuntur. Cum dum
natorum suorum dilectionem vite sue preferunt ita affectu pietatis manente in manus
venatorum incidunt. Cum in prius catulos corporis tenuerint ut passionis capti
vitatem preveniat ad capturam pruda. Nullumque est aliud tam in furiam quod non pro
filiis suis defendendis robur assumat. Nullum ita mansuetum quod arrepte
catulis non irritetur et adversus rapientem contra pro virtute desaviat. Hec mu
lier ista tamen et phariones et per cetera irracionabilia iure porrecta atque diffu
sam nature tyrannidem fidei virtute dissoluit et videns catulos suos di
sci et tanta magnanimitate se omnem passionem super gressam invitavit ut in mola
torem filiorum suorum hortatu suo appareret et persecutori ingereret. Et cum videt
tos super prunas ignitas spargi et unius caput clavis affigi alterius capite
cuta detrahi. Et totam corporis extracta pelle nudari in hiis omnibus virum time
bat ne tyrannus parceret et persuasionibus diaboli soluto certamine triumphantium
sonderet totus filiorum eius de quibus corporis sine corona maneret. Cumque diabolus
eam victam ad certamen adducere voluit ut prius virtute eius infructam
invincibilem per ipsa quibus eam vincendam putabat ea vincentem confusus
est. Mater enim illa exemplis filiorum confirmata plurimum congressa est in quoque
nimirum legio in animo completa est. Pugna dilatata est gloria passionis et
corona martirii et ideo omnes virtutes et gloria confluebat. Quia primum quemque
filiorum ipsa passa est et illos tales ipsa prefecit. Comestor. De preliis
Jude machabei et tempore morte Antiochi. Lxix.
Judas autem machabeus audiente patre surgens primo quidem appollonium
samarie ducem. Deinde seron ducem inferiorem siriae contra se venientes
occidit et corporum agmina eorum cedit. Primusque fugavit antiochi quoque
duces lisiam et gorgiam de iudea expulit et templum ab alienigenis
pollutum est post tres annos quibus prophanatum fuerat emundavit ipsaque
per dierum encenniorum sollempnitatem instituit. Sed et thimotheum ducem
amonitarum vilissime expugnavit. Missis quoque fratre suo symone ad gali
leam fratrum liberatione simul ipse cum ionatha galaditas fratres abinimi
cis hostibus liberavit aliaque plurima bella viriliter egit. Interea vero per...

ambulabat Antiochus superiores regiones et audivit esse civitatem Elimaidem
in Perside opulentam et templum in ea locuples nimis erat velamina aurea
et lorice et scuta que reliquit Alexander. Et querebat predari eam sed non potuit.
Nam Elimaide fugaverunt eum ignominiose. Et nuntiatum est ei in via quomodo fugati
erant principes eius in Iudea et versus in furorem iussit agitari currum sine
intermissione superbe intonans venturum se Ierusalem et quia faceret eam poli-
andrium Iudeorum. Et statim apprehendit eum amarus dolor viscerum. Contigit
illum impetu euntis de curru cadere et collisus est. Et ebullierunt vermes de car-
nibus et viventes effluebant et fetore illius gravabatur exercitus. Cumque nec ipse
fetorem suum ferre posset ductus est ad cognitionem sui demum et ait. Iustum est mor-
talem subditum esse Deo. Et vovebat se liberaturum Iudeos et pares Athenien-
sibus facturum pollicebatur se quoque futurum Iudeum et in omni loco predicaturum Dei potesta-
ora tem. Et desperans scripsit hoc ad Iudeos orans ut fideliter adhererent Antiocho
filio eius. Cumque presentiret se pati hoc propter templi violationem vocavit Philippum
collactaneum suum. Constituit eum tutorem regni dans ei diadema stolam
et anulum ut ferret ea ad Antiochum filium suum et poneret eum super solium
regni. Et mortuus est Antiochus peregre in montibus et miserabiliter. Quod
cum accepisset Lisias constituit Antiochum quem nutrierat regem et vocavit
eum Eupatorem. Ieronimus super Danielem. Porro Antiochus ille Epiphanes
adeo luxuriosus fuisse legitur et in tantum dedecus regie dignitatis prosti-
bula et corruptelas venisse ut mimis quoque et scortis publice iungeretur
et libidinem suam populo presente compleret. Eusebius intromittit.

**De Antiocho Eupatore et eius prelio contra Iudeos. CXX.**

Anno igitur Philometoris xvii° Sirie et Asie regnat Antiochus Eupator
annis duobus. Comestor. Tunc cogitavit Iudas ut obsideret eos qui
erant in arce presidii et fecit balistas et machinas et comportavit aggerem.
Tunc egressi sunt quidam de obsessis et adiunxerunt se illis viri impii
ex Israel et venerunt ad regem et dixerunt. Quousque non vindicas nos qui
decrevimus servire patri tuo et tibi. Ascende et libera obsessos tuos et redde nobis
hereditates nostras. Et iratus rex vehementer collegit exercitum. Sed et de re-
gnis aliis venerunt ad eum conductitii et erant c. peditum et xx equitum
et elephanti xxxii. Et applicuit ad Bethsuram ut expugnaret eam. Et
recessit Iudas ab arce et admovit castra contra castra regis. Et ordinavit
rex diluculo exercitum et ostenderunt elephantis sanguinem uve et mori ad acuen-
dum eos in prelium. Et statuerunt singulis elephantis ad custodiam m. pedites
loricatos et equites quingentos. Et turres lignee erant super singulos et in turre
xxxii viri pugnantes desuper et unus Indus regebat bestiam. Et distincta est pars
exercitus regis super montes, alii per loca ibant humilia. Et resplenduit sol
in clipeos aureos et resplenduerunt montes ab eis. Et appropiavit Iudas in pre-
lio ad pugnam et ceciderunt de exercitu regis dc viri. Et vidit Eleazarus filius
Saure unam de bestiis tectis eminentiorem et arbitratus regem esse in ea. Cucurrit
per hostes et subiit elephantem et suffodit eum in umbilico et cadens elephas
oppressit eum. Tunc diverterunt Iudei a prelio et ascendit rex post eos. Et
capta Bethsura positisque custodibus in ea obsedit urbem et statuit
illic balistas et machinas et ignis iacula et scorpios ad mittendas
sagittas et fundibala. Esce autem non erant in urbe eo quod septimus annus
esset. Et egressi sunt plures. Tunc audivit Lisias quod Philippus rediret
a Perside et querebat suscipere regni negotia et suggessit regi dicens.
Deficimus cotidie et esca nobis modica est et munitus est locus quem

obsides et incumbit nobis ordinatio de regno. Demus ergo dextras homi
nibus istis statuentes ut ambulent in legibus suis et sinent nobis. Et facta
pace iuravit rex et principes eius. Et intravit montem syon et videns
munitionem loci rupit iusiurandum et destruxit murum in giro. Et reversus
antiochiam invenit philippum dominantem in ea et occupavit eam. De
metrio rege et victoria iude de nicatore. Cxxi.

Eo tempore exiit demetrius seleuci filius ab urbe roma et ascendit
in civitates maritimas et regnavit ibi. Hic cum adhuc puer esset
patruus eius antiochus epiphanes regnavit pro eo et dederat ro
manis in obsidatum patris. Audiens vero quomodo defecit rediit et plebs
recepit eum. Sed et antiochum ligavit exercitus et lysiam ut traderent
eos ad eum. Quod cum accepisset ait. Nolite michi ostendere faciem eorum. Et occi
derunt eos exercitus et sedit demetrius super solium regni sui. Tunc venerunt
ad regem impii ex israel et alchimus adcomita dux eorum qui volebat fieri sacerdos
et accusaverunt iudam dicentes. Perdidit iudas omnes amicos tuos et nos dispersit
dit de terra nostra. Mitte ergo virum cui credis qui videat exterminium et vindicet.
Et constituit rex alchimum principem sacerdotum et misit cum eo bachidem
principem in iudeam. Multi vero de populo crediderunt ei dicentes homo sacerdos de semine
aaron venit non decipiet nos. Et occisi sunt ad bachidem sexaginta ex eis in
diebus una die. Tunc reversus est bachides ad regem et commisit regionem alchimo
qui fecit malum in israel plusquam gentes. Sed attendens iudas accessit et cepit in
regiones et fecit vindictam in viros desertores videns autem alchimus quod non
posset iudam sustinere rediit ad regem accusans iudam in multis. Et misit rex
nicanorem qui cum eo simulat romam in iudeam mandans ei ut tolleret populum. Et
congressi sunt contra eum capharsalama et victus iudas fugit in civitatem david.
Et reversus est nicanor ad regem. Cumque congressus iudam cum multis samarie ei
proposuit committere cum eo in die sabbati. Machabeus autem cum paucis dedit cum eo
formidantes impetum nicanoris et multitudinem illorum. Singulos armavit non clipei
et haste munitione sed sermonibus optimis et exhortationibus et exposito ei
somnio quod in illa nocte viderat de onia et ieremia prophetis orantibus. Qua
confortati impetum facientes in hostes prostraverunt ex eis xxx. Nicanore autem
eis interempto. Cuius et caput amputantes cum dextra quam extenderat super templum
contendat suspenderunt eam contra templum. Linguam eius minutatim in frusta
dederunt avibus ad comedendum. Et statuerunt diem illum sollempnem omnibus
annis. Miserunt et epistolam dispersioni iudeorum in egipto et aliis etiam
regionibus consultantes que est secundus liber machabeorum hortantes ut
sollempnitates duas esse noverint institutas scilicet scenophegie quorum
diem observaverint et diem ignis qui datus est de aqua crassa quando neemias
obtulit sacrificia. In eadem epistola recapitulat bella que contra hostes susceperant
et quanto adeo liberati fuerunt. Et siluit terra iuda aliquot diebus paucis
temporibus in tranquillitate. De terencio rethore comedo. Cxxii.

Eo tempore publius terencius carthaginensis comediarum scriptor ob ingenium
et formam liber donatus in archadia moritur. Cui primam andriam cum
edilibus venderet cecilio iussus est recitare legit. Actor. Hunc terencius libro
de epitaphiis. Natus in excelsis tectis carthaginis alte romanis ducibus bellica

peda sui despexit mores hominum inveniens suvidi quam cum sui despiciebat
unde et inter multa quid leno dolis quid fingat avarus hic quam non
legit sic puto tantum erit. De comediarum scriptoribus plautus et terencius pre
cipui sunt. Comedia interpretatur villanus cantus. Comediarum usus hinc
inolevit ex eo quod antiquorum ut puto collectas de adiacentibus villis singulis
in aliquo loco capacissimo confluerent et ibi quosdam ipsorum secundum statum vite
sue respicientes compositos in festivis diebus recitabant. Hoc quia consuetudine
apud grecos et latinos usus inolevit ut devulgata materia vulgari sermone
tractanda fuerant. Et si quod vulgare erat paulatim quibusdam facetiis et satiris
condiri quasi loquendi intentionato veli et simili materia in carminum redacta est
Unde oracius fescennina per hunc inventa licencia morem versibus alternis
obprobria rustica fudit. Tria vero sunt genera comediarum. Togata pretexta pal
liata. Togata est vestis quibus apud romanos que utuntur tam nobiles quam
ignobiles. Unde togate comedie de gestis ex personis ignobilium tantum
pretexta est vestis nobilium. Unde pretextate de gestis ex personis nobilium tan-
tum aut a latinis condite sunt. Pallium vero est vestis propria apud grecos unde
palliate dicte in latinum translate ut plautine terenciane fuerunt duas
reprehendit oracius dicens vel qui pretextas vel qui docuere togatas. Porro
in comedia erant tres persone necessarie comitor defensor recitator. Sunt
autem terencius istas proposuit optimas. Titus livius scriptor tragediarum comediarumque
defensorem damianum calliopium recitatorem. De flosculis comediarum. C. XXIII

Situm comediarum terencii breves et morales sententias hoc loco
excerpere decrevi. Ait ergo in andria. Desinant maledicere malefacta
ne noscant sua. Arbitror adprime in vita esse utile ut ne quid nimis. Hoc
tempore obsequium amicos veritas odium parit. Ingenium est omnium hominum
a labore proclive ad libidinem. Si illum obiurges vite qui auxilium tulit
quid facias illi qui dederit damnum aut malum. Quando si non potest id quod
vis id velis quod possis. Facile omnes cum valemus recta consilia egrotis
damus. Tu si hic sis aliter sentias. Uxorem his moribus dabit nemo. In eu-
nucho. Pergit dicere que vult audiat ea que non vult. Idem in eunucho. Plenus
sum rimarum hac atque illac perfluo. Sine cerere et libero friget venus.
Ergo ipse pronus opus est quo defensorem paras. Idem in heautontimoru-
menos. Ut quid aliena cures que ad te non pertinet. Homo sum humani nichil
a me alienum puto. Deteriores omnes sumus licencia. Ita fere comparata
est natura hominum ut aliena melius videant et diiudicent quam sua. Ius summum
sepe summa malitia est. Nulla est tam facilis res quin difficilis siet
si invitus facias. Nonne hoc flagicium est te aliis consilium dare
foris sapere tibi non auxiliari non posse. Nec tu maiores ... iures
fuit sic non cognovi et falsa erit. Idem in adelphis. Homine imperito nun-
quam quicquam iniustius qui nisi quod ipse facit nichil rectum putat. Coram aliquem laudare
in eundem est ne magis assentandi causa facere videar. Quod tu si agas ut si quod
bene properes neque obtemperat. Dominus cogit id voluntas impetrat hoc
in fabula. Ita vita est hominum quasi cum ludas tesseris. Illud quod ma-
xime opus est iactu non cadit forte ut illud quod cecidit arte corrigas.
... in amicorum ... Sepe tu duo alicubi
... dicere possis hoc ... impune ... ille ... Non quod
res difficilis sit sed quod qui facit ad omnia alia etate sapimus rectius

hoc solum bonum senectutis affert omnibus quod attentiores simus ad rem quam
Terencius poeta sat est. Errauit longe animo sua qui imperium credit esse grauius aut stabilius
aliquod fit quam illud quod amicitia iungitur. Pecuniam in loco negligere ma-
ximum interdum est lucrum. Istud est sapere non quod ante pedes modo est videre sed
etiam illa que futura sunt prospicere. Inspicere tamquam in speculum vitas hominum iu-
beo atque ex aliis sumere exemplum sibi. Ut homo est ita mores gerere. Omnes
quibus res sunt minus secunde magis sunt nescio quomodo suspiciosi ad contumeliam omnia accipiunt
magis. Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. Idem in Hecyra. Uno
animo omnes socrus oderunt nurus. Mulieres ferme ut pueri levi sententia
sunt. Istud vero sapere est ut ubi cumque opus sit animum flectas quod opus for-
tasse fuerit et mox facias ex quo multa et sunt comoda eius equum est
te ferre incomoda. Idem in Phormione. Tua inique comparatum est ut hii
qui minus habent semper aliquid ditioribus addant. Omnes maxime homines secundis re-
bus tamen maxime meditari animo oportet quo pacto adversam erumpnam ferat
nec quid animus sit novum et sit quicquid preter spem evenerit in lucro deputare.
Quot homines tot sententie suus cuique mos est. Nichil est quod male narrando possit
depravari. Eusebius in cronicis. De regno iudeorum resuscitato et morte
Iterum a tempore machabeorum renascitur regnum iude. Cxxxiii.
iudeorum dux iudas machabeus filius mathathie cum iudeorum pontifex
decimus. Suscepit autem ducatum ipse anno ii° demetrii sother qui fuit xxvi
ptholomei philometoris et tenuit annis iii. Deinde frater eius ionathas xix.
Postea frater eius symon viii°. Deinde filius symonis iohannes hircanus xxvi.
Postea aristobolus filius iohannis rex pariter et pontifex primus apud iudeos
diadema sumpsit in sangue post cccc. lxxxiiii°r annos babilonie captivitatis
et regnavit anno i°. Deinde iannes qui et alexander xxvii°. Postea
alexandra uxor alexandri ix. Post mortem hircanus filius alexandri
xxxiiii. Tandem ab antigono dimicante contra iudeos obsessus principatus
pontificatus [illegible] constitutus est princeps alienigena herodes filius antipatri
ascalonite sub quo natus est dominus et regnavit annis xxxvii. Quo in [illegible]
mortuo anno domini vii° loco eius filius eius archelaus constituitur ab
augusto. Et iiii°r fratres eius tetrarche fiunt scilicet herodes antipas lisias
et philippus. Regnavit autem annis ix. Post hunc herodes tetrarcha xxiiii°r
postea agrippa vii. Deinde agrippa filius agrippe xxvi scilicet usque ad sex-
tum annum vespasiani in quo iudea capta est et ipsa subversa est. Et iudei capti-
vati venundati sunt. Tunc regnum iudeorum defecit scilicet anno domini lxxii°.
Comestor. Iudas quidem audiens famam romanorum et victorias quas in orbe
obtinuerant nuncios ad eos misit et habito responso mutui federis obtinuit.
Nec multo post a demetrii ducibus in bello occisus. Eusebius in cronicis.
De ionatha duce et pacuuio poeta et [illegible] rome physico et rege
Anno itaque philometoris xxxiii et demetrii Syrie alexandro. Cxxxv°.
vi° dux iudeorum ionathas frater eius et frater iude qui bachiden ducem
demetrii a iudea expulit et pontificatu annis xix. Eo tempore aristar-
chus grammaticus agnoscitur. Pacuuius quoque brundusinus tragediarum scriptor
clarus habetur ennii poete ex filia nepos vixit quoque rome quo ad pic-
turam exercuit ac fabulas vendidit. Deinde tarentum regressus prope nona-
genarius diem obiit. [illegible] pacuuius ut ait agellius dicebat
se odisse homines ignava opera et philosopha sententia [illegible] posse indignos

aut in tollerancia qua quod homines ignavi ac desides apti barba et
palleis mores et emolumenta presidio in lingue verborum quam artis gererent et
vicia fraudulenter acquirerent intuentibus viris apud maiores. Eo tempore censores
theatrum lapideum in urbe construi censuerunt. Cui rei tunc fuerat scipio nasica
gravissima oratione obstitit dicens inimicissimum fore bellatori populo ad
nutriendam desidiam lasciviamque construere adeoque movit senatum ut non
solum vendi omnia theatro comparata iusserit sed et subsellia ludis poni
prohibuit. Unde hic dicunt mi quibus quociens contra oblatam libidinis
decrevit offensio eo acciperent quia non templa sed theatra in quibus ad ava
luxurie virtutis victime trucidantur. augustinus in libro primo de civitate dei. Scipio va
sica prohibuit senatum construere theatrum persuadens oratione gravissima ne grecam
luxuriam virilibus patrie moribus paterentur obrepere. Et pro paulo. Cum propter
sedanda corporum pestilencia ludos sibi scenicos exhiberi iubebant. Pon
tifex aut propter cavendam animorum pestilenciam ipsam scenam construi prohibebat
Et paulo plus. Neque enim consulebat ille feliciorem fore rem publicam stantibus
menibus ruentibus moribus. Iustinus. Interea antiochus cum demetrio
defecit adiuvantibus eos ptholomeo rege egipti et attalo rege asie
et ariarate cappadocie. Primo bello a demetrio lacessiti subornant pro
palam quendam sortis extreme iuvenem qui sirie regnum velut pa
ternum armis repeteret. Et ne quid contumelie deesset nomen et alexand
indicitur. Quem igitur ab antiocho rege dictum fuisse alexander admirali verum
indicitur. Contracto iam varietate proximorum sordium oblitus totum fere oriente viribus suis
cinctus bellum demetrio infert victumque vita pariter et regno spoliat.
Comestor. Et venit ptholomeus de egipto et filia eius cleopatra et oc
currenti sibi alexandro ptholomaide dedit eam uxorem. Tunc alexan
der vocavit ad se ionatham et induit eum purpura et scripsit eum
inter primos amicos. Erant autem iudeorum insignia regalia purpura
fibula aurea diadema et sceptrum. Scolastica. De regno euergetis
secundi et sacris sibille susceptis a romanis. Capitulum xxvij.

Anno ionathe xiiij. alexandri vero vij. quinta sextata ... xl.
vij. mundi vero iij. d. ccc. xx. ptholomeus euergetes secundus
egiptiorum vij. regnavit annis xxix. Auctor. Hoc tempore ut ait augustinus
scipionem nasicam subtitorem belli punici in susceptionibus sacris sa
cris de urbe senatus elegit. De quo (sic) dicit ovidius in iiij. fa
storum scripta fuisse in carmine sibille. Mater abest matrem iubeo roma
ne requiras. Cum veniet casta et accipienda manu. Et pontifices
inspectati sunt de carmine eorum cuius sacra tunc pessimi cum ut ait
augustinus allata sunt. Hunc ergo dea sibille scipio nasica templum
facere incepit. Post quem metellus opus ampliavit. Post quem augustus
templum perfecit. Iuvenis fecto quod erat nomine aplis scribebat ... propter
ipsam tam qua potuit ovidius. Contulit eo ... de quo
pallam tam qua potuit ovidius. Contulit eo ... de quo de
tubia metellus fecit ait david. mos scipio in manet. In
aliquibus domibus tunc comedebat quia sibille mutavit sedem
primi ludi fiebant in honore eius quia ipsa est mater deorum

Sacerdotes eius galli dicebantur i. insani et eunuchizati morentes po-
nebantur in messis recapsus per illud agnoscat priscos ut dicta prisca
tibos i. modo c. lat recapsum et alias habebat... id. Laudibus clisse
misceantur capus ... Augustinus de civitate dei libro vii. Attinus in aurius
delicatos amoria gallus abscidit per vinalem faciem ... et alias
et temporibus pulcrior porphirius philosophus nobilis floris ... prohibuit ... a
abscissum quod flos decidit ... fructum. De mollibus autem matri magne contra
omnem virorum mulierumque verecundiam consecratis qui usque in hesternum diem ma-
didis capillis facie dealbata fluentibus membris incessu femineo per plateas
carthaginis etiam a populis unde turpiter viverent exigebant nichil varro dicere
voluit nec uspiam me legisse commemini. Defecit interpretatio erubuit ratio
conticuit oratio. Iupiter ut feminas corrumperet unus ganimedes ... alium
... ipsa deorum tot mollibus possessa republica ... contaminat ...
... in illa ... libro i. De separatione belli punici tercii
... ad senatum delenda carthagine contra carthaginem. Cxxxvii.
... scipio nasica nolebat urbem emulam romani imperii diruendam
... ut diruerentur contradicebat catoni timens infirmitati animorum ho-
stem securitatem et tamquam pupillis civibus idoneum tutorem necessarium
videbat esse terrorem nec fefellit ... quos amarum luxuriosumque ... excessus et
providentissime carnales ... cavebat quia civitatis hostium maximum
fortissimumque nolebat auferri ut timore libido premeretur libido pressa
non luxuriaretur cohibita nec avaricia grassaretur quibus vitiis obseratis
civitati utilis virtus floreret respublica. Prevaluit autem catonis sententia
Orosius. Consules itaque sunt ... lucius censorinus et marcus
manilius et scipio tunc tribunus militum qui postea victam maiorem affri-
canam castra tenuerunt. Ibi carthaginiensibus ... ut ar-
ma et naves traderent non moratur tanta vis armorum repente
tradita est ut facile tota ex hiis affrica potuisset armari. Sed cartha-
giniensis postquam arma tradere ... vacua urbe recedere procul a mari
x. milibus passuum iussi sunt ad dolorem ac desperationem conversi aut
defensuri civitatem aut cum ipsa consepeliendi. Duosque sibi
duos asdrubales crearunt arma facere aggressi eris ferrique inopia
opera auri argentique metalla supplentur. Consules oppugnande
carthaginis statuunt. Cuius situs fuisse hic dicitur. Triginta mi-
libus passuum muro amplexata tota pene mari cingebatur absque
faucibus qui tribus milibus passuum aperiebantur. Is locus murum
xxx. pedes in latum habuit saxo quadrato in altitudinem cubitorum xl.
arx cui byrse nomen erat paulo amplius quam duo milia passuum
tenebat. Ex una parte murus communis et urbis et byrse imminens mari
quod mare stagnum vocant quod obiectu protente lingue tranquillatur.

De subversione carthaginis. Cxxxviii. ...

Consules igitur cum inibi aliquantam muri partem quassatam machinis
diruissent in carthaginiensibus victi et repulsi sunt. Et eos
fugientes scipio repulso autem muros hoste defendit. Censorinus
in urbem rediit manilius amissa carthagine ad asdrubalem

arma quatit. Scipio masinissa mortuo inter tres filios masinis
se numidie regnum dimisit. Anno tercia carthaginem versus manlius
tercia urbem oppugnatur atque diruerunt. xl. ibi milia affixorum capta vii
milia capta sunt hasdrubal penorum imperator masinisse nepos
subpellicorum frangitur. Tercia asiis pr. suspicioni perdeunt accepe
de Juventius pretor ex macedonia ad usus pseudo philippum
congressus cum magna clade romani romam exercitu insectans cum Igitur anno
ab urbe condita dcvi. anno i. anno i. post bellum punicum Gneo cor
nelio lentulo lucio mummio consulibus. publius Scipio. super
anno consul dictus carthaginem summa sorte malliti desolatoriem in
gredit. ubi de continuis sex diebus noctibus quasi pugnatur. ultima
carthaginenses desperacio ad deditionem traxit petentes ut quos belli
clades reliquos fecit saltem servire liceat. Primum agmen mulierum
satis miserabile post virorum magis deforme descendit. Nam fuisse
mulierum xxv. milia virorum xxx milia memorie traditum est. Rex
Hasdrubal se ultro dedidit. transfuge qui esculapii templum occupa
verant voluntario precipicio dati igne consumpti sunt. Uxor hasdru
balis se duosque filios suos fero viri dolorem et furore femineo
in medium iecit incendium eundem nunc mortis exitum faciens
novissima regina carthaginis que quondam prima fuisset. Ipsa autem
civitas xvii. continuis diebus arsit miserabile spectaculum de variete
condicionis humane victoribus suis prebuit. Diruta est autem carthagi
ne omni murali lapide in pulverem comminuto. dcc. post annum
quam condita fuerat multitudo omnium captivorum exceptis paucis principibus
vendita est. Ista vero post quam capta fuit anno bello punico
tercio consummato. Capelius in cravinis. **De demetrio eucapi**
**a** milo ptholomei euget · **et morte alexandri et eugetis. Cxxix.**
v. ionathe ind xliiii. regnavit in syria demetrius annis
tribus. Comestor. hic demetrius cretensis ir (?) amplius fugit ad cre
tenses paternos amicos et assumptis viribus directa redit in manum
in terram philisteorum et in sinum alias. Et constituit appollonium in
duas civitates qui prodiunt iona amplius. Item assumptis x. equites
et delectis eminentibus ioppem expulit inde appollonium. Et fuge
runt castres appollonii in azotum et intrant fanum dagon ut se
tuerentur. Et succendit ionathas civitatem et fanum et sua erant devorasse
in campo et succendit in fanum fere octo milia. Et audivit ale
xander demetrium eius traditur. Itaque glorificatus ionathas. Et exercitum
et rex egipti socer eius in dominum magis. quorum abstulit regnum
alexandri dolo et tristes in singulis civitatibus relinquebat custo
des retollens filiam ab alexandro dedit illam demetrio. Et in
travit antiochiam imposuit sibi duo diademata egipti et
asie. Tunc alexander venit quam cum in bello et victus est a ptholo
meo et fugit in arabiam ad parvos minos cum antiocho filio suo.
Rex autem arabum timens dominum ptholomei tradit alexandrum

z respuat filium et misit caput alexandri ptholomeo. Qui gauisus est sed
statim in tercia die moritur. Eusebius in cronicis. De accio tragedio
grapho et quibusdam romanorum prelijs. CLXXX.

(E)o tempore lucius accius tragediarum scriptor habetur clarus natus
manemo et serrano consulibus parentibus libertinis. Hic cum iam pacu-
bio tarentino sua scripta recitat aquo et fundus acciarum dicitur pisaurum
d. quia illuc inter colonos fuerat ex urbe deductus. Auctor hic accius ut ipse
agellius hac similitudine utitur est. Quod in pomis itidem est ingenijs
que dura et acerba nascuntur postea fiunt mitia et iocunda. Sed que
gignuntur statim mollia et in primo humida non matura mox fiunt putrida.
Relinquendum igitur visum est quod dies atque etas mitificet. Deinde hic de illo
refert valerius quod in collegium poetarum venienti iulio cesari nunquam
assurrexit non maiestatis immemor sed quod in comparatione communium
studiorum aliquanto se superiorem esse confideret. Quare propter insolencie crimen
caruit quia ibi volumina non ymagines certamina exercebant. Eusebius
in cronicis. (E)o quoque tempore brutus siue brucius galleciam usque ad occea-
num subegit. Orosius. Hic in ulteriore hispania LX. gallogrecorum qui
lusitanis in auxilium venerant asperimo bello et difficili interclusos [illegible]
venientes oppressit. Quorum in eo prelio L. milia occisa VI. milia capta refe-
runtur. In citeriore autem hispania lepidus proconsul vacceos innoxiam gen-
tem et supplicem [illegible] per senatum prohibente pertinaciter oppugnare temptauit
et pertinacie penas luit. VI. milia quippe romanorum deinde iniusto bello in-
cessime cessa sunt reliqui exutis castris armisque perditis euaserunt. Comestor.

De antiocho adolescente et dolis triphonis et ducatu symonis. CLXXXI.

(T)riphon autem erat quidam prius alexandri primus. Qui videns quod omnis exercitus
murmurabat contra demetrium iuit in arabiam et reduxit inde anti-
ochum filium alexandri in terram patris sui et imposuit ei diadema. Et
congregati sunt ad eum exercitus quos dispersit demetrius et pugnauerunt contra
demetrium et fugit et obtinuerunt antiochus et triphon antiochiam. Et scrip-
sit antiochus adolescens ionathe ut esset de amicis regis et misit illi va-
sa aurea. Et misit iona[thas] romam renouare cum eis amiciciam. Spartiatis
quoque scripsit quos super lacedemonios dixerunt duos fratres. Pridem scripsit
nobis arius rex vir sibi oria summo sacerdote iudeorum quia de genere abra-
he estis et fratres nostri. Et nunc misimus ad vos ut innouemus fraternitatem
vestram. Et rescripserunt spartiate pecora vestra et possessio vestra nostra sunt et nostra vo-
bis. Eo tempore cogitauit triphon occidere antiochum adolescentem et in-
ponere sibi diadema. Sed timuit ionatham strenuum defensorem antio-
chi et elegit ut eum prius occideret. Et prospexit ionathe ut occurreret ei in
bethsan. Et venit ad eum iona[thas] cum XL. milibus virorum. Videns triphon ait
ut quid vexasti populum. Elige tibi paucos et veni mecum ptholomaidam
et tradam eam tibi et reliqua presidia. Et credidit ei ionathas. Cum
que intrassent ptholomaidam ligauerunt eum ciues et omnes qui erant
cum eo interfecerunt. Eusebius in cronicis. Anno quoque ptholomei euergetis
VII. demetrij vero VI. symon loco ionathe fratris in sacerdotium assumptus
prefuit iudeis annis VIII. post demetrium vero regnauit in syria frater eius

antiochus qui congregatis exercitibus annis xx. Comestor. Tryphon
autem ad id fecit ut antiochus dolo occidit eumque sumpsit pro eo in asia
rector. De seruili bello et eius portentis. Lxxxxvi.

Eo tempore iuxta eusebium seruile bellum ortum est in sicilia quod
iuxta orosium monstra quedam precessisse leguntur. Orosius. Seruio ful-
uio flacco quinto calpurnio pisone consulibus rome puer ex ancilla
natus est quadrupes quadrimanus oculis quattuor auribus totidem na-
turali duplex. In sicilia mons ethna vastos ignes eructauit ac
fudit. Qui torrentum modo per prona precipites proxima queque corripien-
tibus exussere flammis longinquiora autem fauillis calidis cum vapore
graui late volantibus torruere. Quod sicilie semper vernaculum genus
monstri non portendere malum solet sed inferre. In bononiensi agro
fruges in arboribus enate sunt. Igitur in sicilia bellum seruile ortum
est quod adeo graue ratione multitudinis seruorum instructu copiarum mag-
nitudine virium fuit ut non dicam pretores romanos quos penitus pro-
fligauit sed consules quoque terruit. Nam lxx seruorum tunc in arma
conspirancium fuisse referuntur excepta vrbe messana que seruos liberaliter
habitos in pace continuit. Ceterum sicilia misera quod miserior est quia insula
et clausa vndique mari malo suo intestinum gerit foras non potest
Eusebius narrat. De attalo rege asie minoris et aristonico. Lxxxxvii.

Serui qui in sicilia rebellabant obsidionis necessitate compulsi
sunt ad seua in inuicem cadauera deuoranda compulsi sunt. Justinus
Eo tempore in asia minore rex attalus florentissimum ab eumene
patruo regnum susceptum cedibus amicorum et cognatorum suppliciis fe-
dabat nunc matrem nunc berenicen sponsam maleficiis eorum necatam
confingens. Post hanc scelestam violenciam rabiem squalida vestem
sumit barbam capillumque in modum reorum siccari summittit. Non in
publicum prodire non populo se ostendere non domi leciora conuiuia inire aut
aliquod signum sani hominis habere prorsus ut penas pendere manibus
interfectorum videretur. Omissa deinde regni administratione ortos fodie-
bat gramina serebat et noxia innoxiis permiscebat atque omnia
veneni succo infecta velut peculiare munus amicis mittebat
ab hoc studio erarie arti fabrice se tradit ceraque fingendis ere fun-
dendo procudendo oblectabatur. Matri deinde sepulcrum facere instituit cui operi
intentus morbum ex solis feruore contraxit et die vii decessit. Populum
romanum heredem regni instituerat. Hoc tempore mortuo attalo ari-
stonicus eumenis filius ex pellice ephesia cytharistae cuiusdam filia
genitus velut auitum regnum asiam inuasit multaque secunda prelia
aduersus ciuitates que metu romanorum tradere se eidem nolebant fecit
Contra quem aduersus quo aristonicum publius licinius crassus consul
et pontifex maximus cum instructissimo exercitu et datis copiis amicis
regibus scilicet nichomede bitinie mitridate ponti et ariarathe ca-
zathe cappadocie pilimene paflagonie regibus cum magnis copiis

adiuvabat. Consul Crassus in bello victus. Et cum Crassus per plurima cedem ac
fugam actus ipse iam circumventus ab hostibus et pene captus esset, excogita-
to genere mortis effugit dedecus servitutis. Nam virgam qua utebatur
ad equum in oculum tracis impegit, qui ira et dolore exardescens
gladio latus eius transfodit. Augustinus libro iii° de civitate dei. Cum adversus
Athenienses regemque Aristonicum bellaret, Apollo Cumanus quadriduo
flevisse dicitur. Quo prodigio aruspices territi cum id simulacrum putassent
in mare proiciendum, Cumani senes intercesserunt atque retulerunt tale
prodigium et Antiochi tempore bello in eodem apparuisse simulacro. Et quia Romanis
feliciter provenisset, ex senatus consulto eidem Apollini sua dona missa esse testa-
ti sunt. Tunc periciores acciti aruspices viderunt quod fletus ideo pro-
sper esset Romanis quia Cumana colonia greca esset suisque terris unde
adductus esset Apollo, id est Grecie, luctum et cladem significasset. Deinde mox regem
Aristonicum victum et captum esse nunciatum est. Actor. De prodigiis
bellum Arvernense precedentibus. LXXXIIII Antiochi viii° qui
a Anno Ptholomei Evergetis xxiiii° et Symonis viii° et fuit annus [illegible]
ol. c. lxv. Arvernus nobilis urbs Gallie ut scribit Eusebius capta
est a Romanis. Sed Orosius dicit hoc contigit sub prefatis regibus in ma-
tris et anno ab urbe condita dc° xxviii°. Ieronimus autem post hoc anno ab ur-
2 be condita dc° xxv°. Temporibus autem secundum Orosium hii casus contigerunt. Orosius.
Gaio Sempronio Tuditano et Marco Acilio consulibus Publius Scipio
Africanus pridie quam contione deprecatus salutem patrie contestatus quod sibi propria
laborando ab improbis et ingratis denunciari cognovisset, alia die mane
in cubiculo suo exanimis repertus est, hic quidem uxoris sue Sempronie
Graccorum sororis dolo necatus fertur. M. Emilio autem Lucio Oreste con-
sulibus Ethna vasto tremore concussa globis igneis exundavit. Rursus-
que alia die Lippara insula et vicinum circa eam mare in tantum efferbuit
ut exustas quoque rupes dissolverit tabulataque navium liquefacta cera
excoxerit exanimatos pisces supernatantes excoxerit, homines quoque nisi
qui longius potuerunt diffugere, reciprocato hanelitu calidi aeris adustis
interioribus vitalibus suffocaverit. Deinde Marco Plautio Hypseo M.
2 co. Fulvio Flacco consulibus vix dum Africa a bellorum excidiis quiescente
horribilis et inusitata perdicio consecuta est. Nam cum per totam Africam immense locu-
starum multitudines coadunate essent et non modo iam cuncta spem frugum abstraxissent
herbasque omnes cum parte radicum foliaque arborum cum teneritudine ramorum
consumpsissent, verum etiam amaros cortices atque arida ligna praeroserent,
repentino arrepte vento atque in globos coacte portataeque diu per aerem
Africano pelago immerse sunt. Harum cum immensos acervos longe
lateque fluctus reiecta late litora replevissent, taetrum nimis
2 mis atque ultra opinionem pestiferi odorem tabida putrefacta
congeries exalavit. Unde cunctorum pariter animancium tanta pestilencia con-
secuta est ut avium pecudum ac bestiarum corrupcione aeris dissolu-
2 tarum putrefacta passim cadavera vitium corrumpentis augerent. In Nu-
midia in qua tunc Micipsa rex erat, dccc milia hominum perisse
traditum est et circa oram maritimam maxime que Carthaginensi adia-
cet litori ad ccc plus quam cc milia. Apud Uticam vero tricentum [illegible]

xxx milia qui ad presidium totius affrice ordinate fuerant consumpta
sunt ab arabis. Et hec clades repentina ac tam violenta contigit ut hic
apud uticam sub una die per unam portam cadavera innumerabilia per que mille
mortuos elatos fuisse narret. Comestor. De antiocho demetrii

et morte symonis pontificis et successione iohannis hircani. cxxxv.

In tempore surrexit antiochus filius demetrii in terram patrum suorum
et convenerunt ad eum omnes exercitus ita ut pauci essent cum tryphone.
Porro trifon fugit navigio in orthosiade. Rex autem persequens eum
constituit cendebeum ducem maritimum et reliquit ei exercitum ut expugnaret
iudeam. Quod cum audisset symon vocavit duos filios suos seniores iudam
et iohannem et dedit illis xx. pugnatorum et equites et profecti sunt adversus
cendebeum. Et insonuerunt sacerdotes tubis et conversus est in fugam cendebeus
et castra eius. Et ceciderunt ex eis ii. milia virorum et redierunt filii
symonis in pace. Porro ptholomeus filius abobi constitutus erat dux in
campo iericho. Erat autem gener summi sacerdotis et habebat aurum et argentum
multum. Et exaltatum est cor eius et nolebat obtinere regionem
Et occidit symonem in dolo uxoremque cum duobus filiis vinctam misit
quorum iniectos occupare urbem et alios in gazaram ut interficerent iohannem
Sed praevenerunt quidam in gazaram nunciaverunt iohanni que facta fuerant
et ipse festinans occupare ierusalem. Et occidit eos qui venerant eum perdere
et factus est princeps sacerdotum pro patre suo. Eusebius in cronicis. Anno
igitur ptholomei euergetis xv. symone pontifice iudeorum interfecto successit
ei iohannes filius eius qui et hircanus annis xxvi. Comestor. Hic
dictus est hircanus a devictis hircanis. Cum iosephus in libro quem condidit
de ... in religione sacerdotii insigniter ducatum regnaverit. ... erat hic
...
cum duobus pueris tenebat in vinculis et confugerat ad opidum agon
obsesso igitur opido cum iohannes acrius insultabat ptholomeus matrem iohannis
et fratres super muros usque ad sanguinis effusionem cedebat. fractus
pietate iohannes ab impugnatione temperabat. Mater tamen clamante
ne propter se fieret salus ptholomei multo morte sua sic vindicaret
immortaliter meliorem. Ob hoc demum tota obsidione cunctis venit
annus feriatus iudeis necessitate ab obsidione iohannes. Ptholomeus
vero interemptis matre et fratribus confugit ad zenonem philadelfie
tirannum qui cotila cognominabatur. Eusebius in cronicis. De vincto

regno demetrii et victoriis romanorum ex gallis. cxxxvi.

Anno ptholomei euergetis xlvi. iohannis hircani iii. demetrius
iterum syrie regnavit annis iii. Anno iii. demetrii ... ac
regnante post ... antiochum ... quedam cronica fuit ab urbe condita
dicta ... de quo sic scribit Orosius. Anno ab urbe condita
... xxviii. fabius consul bituito regi arvernorum bello maximo
instructo ... ut bituitus paucis
romanorum vix ad ... quos habebat in agmine sufficere
posse iactabat. ... sibi ad transeundas copias ... pontem ...
... intelligeret alium ... lintribus ... que ...
... constratis tabulis instruxit. Commissa pugna ... fuit

agitata victi galli quousque in fugam dati sibi quisque timet coacervate
in consulte agminibus [illegible] proprio [illegible] cuncta viserent at mox
cum ipsis lintribus mersi sunt. Centum lxxx. milia armatorum in exercitu
bituiti fuisse traduntur ex quibus centum l. milia uel capta uel mersa
sunt. Eodem anno dicit Orosius quintum marcium consulem gallorum gentem
sub radice alpium sitam aggressum esse. Qui cum se romanis copiis circumseptos
viderent et se bello impares occisis coniugibus ac liberis in flammas se precipitare.
Qui vero per romanos preventi facultate agendi tunc mortis sive copia caruerunt
uel capti fuerant alii ferro alii suspendio alii veneno uel negato cibo se
peremerunt. Nullus omnino uel parvulus superfuit qui non mallet mori quam
servire. Justinus. De astucia ptholomei contra demetrium. C.xxxvii.

Dum ptholomeus rex egipti bello petitus a demetrio cognovisset
cleopatram sororem suam opibus egipti navibus impositis ad filiam et de-
metrium generum in syriam profugisse immittit iuvenem quendam egip-
tium protarchi negotiatoris filium qui regnum syrie et armis peteret et
composita fabula quod per adoptionem regis antiochi receptus in familiam regiam
esset nec syris quemlibet regem aspernantibus ne demetrii superbiam paterentur
nomen iuveni alexandri imponitur. Auxiliaque ei ab egipto ingentia.
Interea corpus antiochi interfecti a rege parthorum in loculo argenteo ad se-
peliendum remissum est in syria. Quod cum ingenti studio civitatum et regis
alexandri ad firmandam fabule fidem excipitur. Que res illi magnum favo-
rem popularium conciliavit omnibus non fictas in eo lacrimas existimantibus.
Demetrius autem victus ab alexandro cum undique circumstantibus malis
premeretur ad postremum etiam ab uxore filiisque deseritur. Relictus igitur cum paucis
servulis cum tyrum religione se templi defensurum petisset navi egrediens
prefecti iussu interficitur. Alter ex filiis seleucus quod sine matris auctoritate dia-
dema sumpsisset ab eadem interficitur. Alter cui propter nasi magnitudinem cognomen
gryppus fuit rex a matre statuitur ut nomen regis penes filium, vis autem omnis imperii penes matrem esset. Eusebius
in cronica. De antiocho grippo. C.xxxviii. uel [illegible] annis

Post demetrium igitur syrie regnavit antiochus qui et gryppus. xii. Justinus.
Alexander autem occupato syrie regno tumens successu rerum sper-
nere iam ipsum ptholomeum a quo subornatus fuerat in regnum cepit. Ptho-
lomeus igitur reconciliata sibi sorore ingentia grippo mittit auxilia. et filiam
[illegible] nuptum. Sed videntes populi syrie paulatim ab alexandro
deficiunt. Conserto itaque prelio inter reges victus alexander profugit in an-
tiochiam. Ibi inops pecunie cum ad stipendia militibus deesset in templo
iovis solidum ex auro victorie signum tolli iubet facetis iocis sac-
rilegium circumscribens. Nam victoriam sibi commodatam a iove esse dicebat.
Interiecto deinde die cum ipsius iovis aureum simulacrum infiniti
ponderis tacite evelli iussisset deprehensusque in sacrilegio concursu
multitudinis esset in fugam versus magna vi tempestatis oppressus ac deser-
tus a suis a latronibus capitur perductusque ad gryppum interficitur. Gryppus
porro recuperato patrio regno externisque periculis liberatus insidiis matris
appetitur. Que cum cupiditate dominationis prodito marito demetrio

rato filio infesto Grypus quos victoria insolentem dignitas sua fecit dolet
benedicti abrogatam poculum veneni obtulit. Sed premonitus Grypus
velut pietate cum matre certaret bibere ipsam iubet; instat; ad postremum prolato
indice eam arguit solam defensionem sceleris superesse affirmans si
biberet quod filio obtulit. Sic victa regina scelere in se verso veneno quod
filio paraverat extinguitur. Regni quoque securitate accepta Grypus oc-
tonis quietem cum ipse tum regno prestitit. Natus deinde ibi est eius
emulus frater Cyzicenus ex eadem quidem matre genitus sed ex Antiocho pa-
truo susceptus. Hunc cum veneno tollere voluisset, ut maturius armis
cum eo de regno contenderet excitatur. Comestor. Porro Antiochus Ponti-
cus rex Syrie obsedit Ierusalem quam obsessam aperuit Hircanus David
de uno loculis existentibus sepulcri David et sustulit auri plus quam
tria milia talentorum, dedit quoque trecenta Antiocho ut ab obsidione re-
cederet. Et ut placaret invidiam populi de sepulcri apertione de reliqua pe-
cunia primus instituit xenodochia pauperum in Ierusalem. Samariam captam
solo equavit, quam Herodes reedificans in honorem Augusti Sebasten dixit. Sub hiis
temporibus anno Ptholomei Evergetis xxvi Hircani iii Marcus
Terentius Varro philosophus et poeta nascitur. Eutropius. De regno
Ptholomei Physconis Cxxxix. Sub eodem Egypti vii regnavit
anno ipsius Hircani xv Antiochi xix. Item Ptholomeus
ex Egypto pulsus est. Egiptiorum viii regnavit Ptholomeus
Physcon qui et Soter. Cepit autem etatis quinte CCCC lxxvi°
mundi iiii. Hic xlii° regnavit annis xvii. Justinus l. xxx
viii°. Hinc post legatos regnum et uxor Cleopatra regina soror eius
deseritur. Letus igitur quod sine certamine fratris regnum cepisset Cyrenosque
subornavit. Autem Cleopatra et principum favore filium fratris statim in
Alexandria ingressus et fautores pueri trucidari iussit. Ipsum
quoque die nuptiarum inter amplexus matris in convivio interficiebat
inter apparatus epularum et sollempnia religionis. Sic postea
in thorum sororis ascendit. Atque thoro sororis atque filii eius
non minor suppliciis qui eum ad regnum vocaverat fuit. Siquidem
peregrinis militibus licencia cedis data omnia sanguine cottidie manabant.
Ipsam quoque sororem filia eius virgine stuprata et per vim
et in matrimonium assumpta repudiavit. Quibus rebus territus populus
solum vertit metu mortis exul relinquit. Solus igitur in tanta
urbe cum suis relictus Ptholomeus cum se regem non hominum sed vacuarum
edium videret, edicto peregrinos sollicitat. Quibus confluentibus
obviis legatis Romanorum Scipioni Africano et Spurio Mummio et
Marcello qui ad inspicienda sociorum regna veniebant procedit.
Sed quam crudelis civibus tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim
et vultu deformis et statura brevis et sagina ventris non homini
sed belue similis. Quam feditatem nimia subtilitas perlucide vestis
augebat prorsus quasi astu que inspicienda preberentur que cum

studio occultanda pudibundis viris erant affricanus aut quod inspi-
cit urbem alexandrinis spectaculum fuit. Eusebius. De bello iugurtino
et de filia lucii helvii fulminata . CXXXX . durant capitu-
a Anno huius ptholomei xii° iugurta contra romanos. Orosius. Iugur
Nulla romani militis tumultuosior pugna et crebrior fuit adeo ut
discursu et fremitu circumsonante et inspectantium excitatus pulvis
caelum subtexerit diem abstulerit noctem obduxerit tantusque telorum
imber ingruerit ut nulla pars corporis alicui tuta esset quippe cum et
ad prospiciendum impedimento caliginis et ad cavendum confusione
multitudinis deerat. Romanus laborabat eques maurus ac numida velut
collocatum hostem opportuno belli impetu vitare sed potius dimissa
tela mittebat tum quod valida iacta non erant ita coacti in unum ro-
mani equites in unum pedites densabant. Et cum iterum confisi
hostes non solum agminis extrema laniarent verum etiam media confossi
procul telis cedunt turbatosque romanos insuper et estus solis intolle-
rancia sitis morte in instancia usque ad extremum desperationis defatiga-
vit subito novum contra romanos adversus afflictos tempestatis imbrium
quod suffragium caelo missum insperate saluti fuit. Siquidem repentina
pluvia sitientibus romanis restaurantibus refrigerium potumque prebuit
porro autem numidis astilia eorum que manu intorquere sine amen-
tis solent lubrica ac per hoc inutilia reddidit. Scuta etiam que elephan-
ti coriis contecta habilia et tuta gestabant cum ea natura est ut ac-
ceptum imbrem tamquam spongia bibat atque hoc in tantum repentino
pondere fiat quod circumferri non potuit defendere nequiverunt. Tunc
boccus et ingenti numidarum rex fugiunt. Post hec . c . xl ta
milia armatorum ab eisdem regibus abducta sunt quin usque ad i-
nternecionem ceduntur cesa referunt. Ex eo boccus spe belli pacem a
romanis petivit atque in pretium pacis iugurtam dolo captum catenis
que obvinctum per sillam legatum misit ad marium. Qui in triumpho
ante currum duobus filiis suis actus et mox in carcere iugulatus est.
Isdem diebus lucius elius eques romanus cum uxore et filia
de roma in apuliam rediens tempestate correptus cum filiam conster-
natam videt ut citius prioribus tectis succederet relictis vehiculis
correptisque equis filiam virginem equo insidentem in medio agmine
accepit. Puella continuo ictu fulminis exanimata est sed omnibus
sine scissura aliqua vestimentis detracte ac pectore pedibusque vinculis
dissolutis monilibus et anulis discussis ipso corpore illeso nisi quod
obscenum in modum nuda et lingua paululum exerta iacuit. Equus
quoque ipse quo illa vehebatur stratoris frenis vel cingulis dissolutus
passim ac dispersis procul exanimis iacuit. Eusebius. Maromiet
a Anno ptholomei phisconis xvi aristobolus De regno aristoboli et
rex fit et pontifex simul capitulum morte eius . CXXXXI .

iudeos diadematis sumpsit insigne. Comestor: mortuus est enim
iohannes hircanus ~~aristobolus~~ relictis v. filiis. aristobolo primogenito
et antigono cum tribus minoribus cumque nullus eorum ad regendum populum
sufficeret uxorem suam dexterissimam iudicem filiis prefecit. aristo
bolus vero impatiens matrem suam cum fratribus minoribus vinculat.
in carcere et antigonum quem diligebat sibi ~~ad~~ a se constituit. Impo
suitque sibi diadema restitutum et regnum iudeorum per quod erat ante a se
dechia (?) per quos regnum fuerat interruptum annis .ccc.lxxxv. et mensibus
tribus vel a reditu de captivitate babilonis tempore lecto intermissum
fuisse regnum usque ad hircanum et aristobolum vel usque ad aristobolum
hircani. Post tamen regnavit aristobolus cum per annum et quod matrem in
vinculis fame perimeret. Cumque egrotaret aristobolus in monte qui
postea absolute dictus est antonia videbat antigonus de galilea in
qua militia gloriosa fuerat in diebus novis armis redeuntibus. Cumque
ingrederetur templum in diebus scenophegie absconditum tamen fuit et ut audiret
dicionem armorum proprio armatus intravit. Quod videntes cum illi inprimis
et maxime uxor sua qui occasionem erant in invidit sed ipse ei assen
sum non prebebat accusabat cum dicens aristobolo sed tamen audiens
de constantia in manu forti et armata intravit ut te perimat et
regnet. Quod ita probare potes. Iube eum venire ad te. Si venerit
armatus sunt huius que dicimus certus esto. Posuit autem ad suggestio
nem uxoris aristobolus armatos in subterraneo qui si veniret ar
matus eum interficerent. Et ad vocandum fratrem aristobolus precepit nuncio
ut diceret ei ne veniret armatus. Sed regina corrupit nuncium cum
muneribus. Erat eo tempore in templo quidam iudas nomine
de genere essenorum qui scolastice sue arte sua predixerat de morte anti
goni eadem die. Gloria paulopost occasus est antigonus cum armatus
descenderet per quod sentiret audiens autem rex mortem fratris persolvit
adeo quod morbus invaluit ut sanguinem laxatis visceribus evomeret.
Et ingemiscens ait peccatis non erat ut dei lumen fallax mea latere.
Quid corpus in pulvere si animam anima dampnata detinebat utinam non
ferres paulatim sanguinem meum eius sed totum simul accipiat. Et
huius dicti expiravit. · De alexandro ianneo et crudelitate eius · Cxlv

a

uo mortuo uxor eius quia plures quos non suscepisset
fratres viri solvit a vinculis maiorem natu alexandrum
regem constituit. Qui cognominatus est ianneus quia rex modestia
patruus (?) videbatur. Qui fratrem suum prevaricantem quia regno aspirare videbatur
occidit. Tamen non secundo vivere coegit quantumcumque duxisset uxorem
novam alexandram que et salomia dicta est. Hic adeo nequissimus
fuit quod in tribus annis tria et l. milia suorum interfecit. et saepius
eius detestabantur. Cumque offensus esset populus munivit sibi valla
tum in terra que bare dicebatur. Tamen quia regina amicitiam vestem

tertius nam iudici deserunt cum defendi posset a duobus ab omni invente a
deo aut offensus erat iudicibus ut semel condempnatum eum quo nam pacto
eius perdi posset vindicavit et moreretur. Obiit . . . pluribus ulterius suppo-
dit octingentos viros uxoratos uxoresque eorum et liberos necavit . . .
sceleribus . . . **De victoria Romanorum contra Cimbros duce Mario. C.**
anno . . . per consul. . . . xviij. Cimbrorum caesa sunt lxxx capta xl m.
capta per Marium cum duce . . . Auctor. Cum hiis Cimbris Teuto-
ni sunt. Secundum Orosium . . . ait epistola ad Augustinum. Gens
Teutonica Gallorum populos Oceani atque Germanie confecta littoribus
omnes Gallias invadunt . . . consulibus Romanis . . . apud aquas
Sextias a Mario pugnante superata est. Teutonorum . . . cum aliis se
. . . captivis . . . servandas . . . quod curis assulerunt de-
pacte sunt ut templo . . . ac . . . in servitium traderentur. Quod
cum non impetrarent sub monte casus littore . . . cum suis parvulis li-
beris mane mortue sunt . . . suffocate laqueo faucibus . . .
complexibus se tenentes. Orosius. Teutones autem et Cimbri integris
copiis Alpinum nives emensi Italie plana . . . persuaserunt. Ibique cum
rigidum genus . . . blandioribus annis . . . ac lavacro
emollierunt. Marius consul . . . Catullus adversus eos missi
duo ad pugnam et campo dato Hannibalis secutus ingenium in ne-
bulam disposuit pugnam in sole pugnavit primo . . . per tractus
Gallorum sunt quod Romana acies prius offendit disposita quam ad
. . . senserunt. Cumque . . . equites . . . in suos agentes
totumque multitudinem in dispositam . . . ad montana . . . conturbarent
. . . ad . . . adversus . . . eorum . . . 
. . . et splendor . . . [red] . . . ut tanta . . .
. . . Romanorum . . . ultima . . .
Centum xl milia eorum tunc in bello caesa, lx milia capta di-
cuntur. Aquilius . . . pugna que plaustris in modum
castrorum . . . Romanos . . .
nos. Sed . . . absassis . . . cum . . .
. . . in . . . tempus . . .
. . . suppeterant . . . Nam alie concursu mutuo
iugulate, alie apprehensis invicem faucibus strangulate, alie funi-
bus per equorum crura . . . ipsisque . . . equis . . . stimulatis pro-
tracte . . . quibus equorum crura nexuerunt . . .
. . . atque exanimate sunt, alie laqueo de sublato . . .
plaustrorum temonibus pependerunt. Inventa est quedam que duos
filios . . . per colla eorum laqueis ad suos pedes innexuit et cum
se iam suspendio morituram dimisisset secum traxit occidendos.
. . . Stratis ipse gladiis Lugius et Boiorix reges . . .
ceciderunt, Claudicus et Caesorix capti sunt. Itaque in hiis duobus
plus quam cc. xl milia Gallorum milia occisa et cxl capta sunt absque
innumera mulierum multitudine que se suosque parvulos femineo furore . . .

manu virili necaverunt. Actor. **De expulsione phistonis ab egipto per uxorem cleopatram. c.xliii**

c. Eodem anno quo et numancia capta et lxxx capta fuit [illegible] s. phistonis xvii° fuit et eodem phistone ab egipto expulsi per uxorem cleopatram incipiunt regnasse eo quod sup. sit [illegible] Justinus in li. xxxix° sic narrat. Cleopatra eo gravatur socio regni filio ptholomeo qui marito incedit abducta ei pulchre uxore eam degenerem qui expulerat et duos filios habebat expulsum cogit accersito minore filio alexandro et rege in loco fratris constituto sed ut filium regno expulisse contenta bello cyprii exulantem persequitur. Unde eo pulso interficit ducem exercitus sui quod vivum eum manibus emisisset quamquam ptholomeus verecundia matris belli non viribus minor ab insula recessisset. Hec justinus de illo ptholo. quem fervor dixit magnus per uxorem expulsum. Porro de illo quem phistonem eo generunt iam eum depulit ptholo. eo et pulsus per uxorem dimissus et expulsus tacitus in exilium profectus e. eo filio quem ex sorore susceperat eum uxore sua pelice. Conductoque mercenario exercitu bellum sorori et patrie intulit. accersitumque deinde maximum natu filium nomine alexandrum quem se regem creavit interfecit. Tunc populus statuas eius et ymagines detraxit. Qui sum studio sororis existimans filium quem ex ea susceperat interficit corpusque in membra divisum et in cista composita matri die natalis eius inter epulas offerri curavit. Que res non regine tantum verum et universe civitati acerba et luctuosa fuit. tantumque merorem festivissimo convivio intulit ut regia omnis repentino luctu incenderetur. Verso igitur studio procerum ab epulis ad exequias membra lacera populo ostendit et quid sperare de rege suo deberent filii cede demonstravit. Hec ille.

**De regno ptholomei alexandri et lucreto pompeio et fine regni syrie. c.xlv.**

c. Expulso igitur de regno phistone per uxorem cleopatram et in principio regnante successit eis ptholomeus nomine ptholomeus qui et alexander. Cepit autem anno etatis quinte ccc° xv annis mundi iiii° m ii° dccc lxxvi et regnavit annis x. Hoc tempore regnabat apud syros alexander iannaeus qui regnavit annis xxvii. In syria vero antiochus cyzicenus qui annis xviii. Post quem regnavit philippus annis ii. Deinde antiochus in parthos fugiens pompeio se tradit. Post quem philippus captus et a gabinio regnumque syrie finitum est sub anno ptholo. vii° vel viii°. Que usque syria possessa per reges in romana dicionem cessit. Titus lucretius poeta nascitur. Qui postea amatorio poculo in furorem versus cum aliquot libros per intervalla insanie conscripsisset quos postea cicero emendavit propria se manu interfecit. Anno etatis xliiii°. Lucius pomponius bononiensis atellanarum scriptor hoc tempore claruit. Valerius iii° li° apud pomponium in termino ... de campana invenit apud illam ornamenta et plurima

illius scilicet ouidii trax[it] simone in die de scola redierunt libri di
antes de libris illis inquit ornamenta sunt una et una numquam phi[losop]h[us]
qui id composuit quia dum uerum collabi solet bene uero metis v[illegible]
patet aliud temporis fortune accipit in tempus. Itaque quorsum attinet
aut diuinas inquam pro salute aut pompeius in ultio [illegible]
[illegible] cum et illarum frons [illegible] multis intus [illegible] sit uestra [illegible]
[illegible] solet [illegible] Actor. Eo tempore sociale [illegible]
bellum sociale in ytalia exortum est quod in [illegible] quedam prodigia p[re]
asserunt. Orosius. De prodigiis que sociale bellum ytalie presserunt
a nno ab urbe condita dc[lx]i. vi[o] iulio cesare et lucio CXLVII
marcio philippo consulibus antestantibus causis sociale bellum tota co
mouit ytalia. Siquidem liuius drusus latinos omnes spe libertatis
illectos cum placitum explere non posset in arma concitauit. Eo accessit
in [illegible] urbem dira prodigia terruerunt. Nam sub ortu solis globus
ignis a regione septentrionis cum maximo celi fragore emicuit. Apud
arretinos cum panes per conuiuia frangerentur cruor e mediis pani
bus quasi e mediis corporibus fluxit. Praeterea per vii continuos dies grandine
lapidum intermixtis etiam testarum fragmentis terram latissime uerberat.
In samnitibus uastissimo hiatu terre flamma prorupit et usque ad celum
extendi uisa est. Compluribus preterea iter facientibus romanis globus coloris au
rei celo ad terram deuolui maiorque factus rursus a terra ad orientem
solem ferri atque magnitudine sua ipsum solem obtexisse
se uiderunt. Drusus tantis malis anxius domi sue incerto
auctore interfectus est. Igitur picentes vestini marsi peligni marru
2 cini samnites lucani cum ad hoc occultam defectionem meditarentur gaium
seruilium pretorem legatum ad se nuntium missum apud asculum occiderunt.
Statim quoque clausa ciuitate omnes ciues romanos inducta cede iugulauerunt.
Continuo atrocissima priorem infaustissima portenderunt prodigia. Nam
quoque omne genus animalium que mansuetum homini blandi[illegible] atque inter
homines uiuere solita erant relictis stabulis pascuisque cum balatu hinni
2 tu mugituque miserabili ad siluas montesque fugerunt. Canes quoque quorum
natura est extra homines esse non posse lacrimosis ululatibus uagi lupo
rum ritu oberrabant. Augustinus libro iii[o] de ciuitate dei. Ante quam se adversus
romam sociale latinum commoueret omnia animalia humanis usibus
subdita canes equi asini boues et quecumque alia pecora sub hominum
dominio erant subito efferata et domestice lenitatis oblita relictis tectis
liberi uagabantur et omnem non solum alienorum uerum etiam dominorum aditum
aspernabantur. Nec sine exitio uel periculo audentes si quis de proximo
urgeret. Quanti mali signum fuit si hoc signum fuit quod tam malum fuit
si etiam signum non fuit. Orosius. De bello pompeii contra asculum
b nno autem pompeyo et lucio porcio urbem regit picentes CXLVIII
cio cathone consulibus pompeius dum obsedit asculum ciuitatem
cum expugnasset [illegible] in campis picentum infensa oppressio
vicisset xviii milia marsorum in ea pugna cum francone imperatore

suo casu sunt capta iuxta milia. Quadringenta autem milia ytalica viri
peracti ante confugi montes coacti in unum agmine forte conscenderunt
in conspectu conjuratique sumibus urbe mortem vigiliarum. Itaque ita ut
attonita timore hostium fecerat alij stipitibus uel saxis uel laqueis
alij armis sub ... paternis cuncti ... dentibus ... unda
tis in modum vinctorum vescebantur. Nec ultimum est ... in ... tibus
mortem ... in diuina ... quam malo modo ... uti
uexatione diu ... pr. Eadem die ... conspecti ... sunt
... duo ... quoque ... pro ... suis per magistratus
epulas largaque ... ad ... proucatus ... &
uero assumptus est. Cunctis ... eius laudantibus sed ... pro ...
te De bello ciuili et fuga marij Capitulum CXLV

Anno ab urbe condita dc° lxij° secundum Orosium uero finito sociali
bello romane primum bellum ciuile quoque est. Marius sille consul
... mithridaticum in asiam ... iussus ... in campania tunc ...
sociali belli reliquias conspiciente ... conspirant ... populi et ... bellum
... mithridaticum. Quo cognito silla ... cum
... et ... cum ... legionibus ... urbem
... prius ... legatum marij qui prima victima belli ciuilis
... urbem ... incendium ... faces ad inflammandam urbem
... primus ... ab ... et ... via ... agmine in forum
... omnibus ... Marius ... nobilium inflammata plebem ...
... ordine ... aduersus sillam ... temptasset
... libertatis ... ad arma ... repugnare
... tamen in capitolium confugit. Sed cum ... sillam ...
... diffugit. Ubi tunc sulpicius collega
marij ... prostratus est. ... quod ... hostem
iudicauerat ... mitti ... de ... corporis
... dedicauit. Actor ... est ille sulpicius de quo
Valerius loquitur. Valerius libro ... Seruilij sulpicij galli ... mortale
supplicium qui ... quod ... ... ... ...
... absque ... sed ... ... lex ...
... quibus ... suis ... huius de
... ... ... ...
... tunc ... imitator ... ...
... Marius fugiens ...
... paludibus ... abdidit. ...
... luto ... turpi ...
... deductus ... ...
... Valerius ... publicas
... marium ... domo ... ...
gladium tenens aggredi ... sed ... uiri ... ab
... fugit ... De egressu marij

et continuatione belli civilis. C xlix. / aufugit. Sollicitatorque
M[arius] de carcere lapsus de vinculis in affricam. Contra filio et his in
custodia servabantur. Quinto Romam ingressus timens consuli Octa-
vio et Cinne et [illegible] ad perfliganda urbem exercitu fecit. Quatuor partes
diviserunt. Tres [illegible] legiones Mario date sunt, [illegible] copiarum genus
Carbo [illegible] et partem Sertorius accepit. Facta porta [illegible] timens senatus et
Gneus autem Pompeius [illegible] ad exercitum accepit ut rei publice
[illegible] qui diu sese [illegible] rerum [illegible] suspenderat
[illegible] amicis et in via ad Octavium alterum consulem se contulit et
mox cum Sertorio conflixit. [illegible] pugna [illegible] nox diremit.
[illegible] milites [illegible] parte [illegible] sunt. Postea die cum [illegible]
[illegible] ad sepulturam [illegible] miles Pompeianus [illegible] qui [illegible]
erat corpus agnovit et mox pectus suum gladio [illegible]
lacrimas et sanguinem fundens [illegible] cadaveri [illegible] annis
fere xl [illegible] sunt bella civilia. Marius autem coloniam
Hostiensem vi ingressus omnem ibi [illegible] libidinis avaricie crudelitatis
exercuit. Pompeius fulmine afflatus interiit. Exercitus eius pestilencia
corruptus [illegible] Nam xi [illegible] Romanorum ex castris
Pompeii mortua sunt vii milia autem de parte Octavii consulis sideratu
sunt. Marius Anticiam [illegible] civitates hostiliter irrupit et
[illegible] in his per proditores civitatem intravit bona [illegible] diripienda
permisit. Post Cinna consul cum legionibus et Marius cum fugitivis
urbem ingressi nobilissimos [illegible] ex senatu [illegible] consulares viros
interfecerunt. Marius cum [illegible] capita [illegible] quinque
capitolium collata rostris ad spectaculum ornatum [illegible] ac septimum
consulatum cum Cinna ~~[illegible]~~ [illegible] consule [illegible] in exordio consulatus
[illegible] sui tamen morte [illegible] est. Cinna bonorum [illegible] ma-
lorum [illegible] suppleuit. Nam cum introducta [illegible] fugitivorum ma-
nus in [illegible] [illegible] vel [illegible] actionibus [illegible]
[illegible] [illegible] militibus [illegible] in [illegible]
e. [illegible] sunt in illa die in [illegible] urbis [illegible] fugitivorum. Item
Cinna [illegible] consul ab exercitu suo interfectus est [illegible]. De Mitridate
et eius bello contra romanos C L. Anno ab urbe condita
[illegible] tempore [illegible] bellum Mitridaticum ut ait Orosius [illegible]
anno [illegible] fuit [illegible] [illegible] ultimo [illegible] Sirie [illegible]
bellum [illegible] romanos [illegible] Mitridates [illegible] annos [illegible] regni sui
ut ait Justinus per [illegible] annos [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Mitridatis futuram magnitudinem [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. Nam eo quo genitus est anno eo quo [illegible]
[illegible] stella cometes per [illegible] lxxx diebus ita [illegible] ut
celum omne [illegible] videretur. Nam [illegible] sui [illegible] partem
celi [illegible] [illegible] solis [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]
[illegible] et qui [illegible] equos [illegible] [illegible]
[illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] super etatem [illegible]

mitridate veneno eum appetivere. Sed metuens antidota sepius
bibit. Itaque se adversus insidias exquisitis tutioribus remediis stagnavit
ut ne volens quidem senex veneno mori potuit. Helinandus.
In quibusdam quorum compilationes physicas legisse me memini quod mitridates
timens ne a suis intoxicaretur rute folia xx. cum duabus nucibus
et totidem caricis admixto sale cotidie ieiunus edebat. Iustinus.

De astucia eius et tyrannide contra romanos. C.l.

Inimicos deinde mitridates ne insidia quod veneno non poterant ferro
peragerent venandi studium finxit quo per vii. annos neque urbis neque
rurum tecto usus est. Sed per silvas vagatus diversis montium regio
nibus pernoctabat ignaris omnibus quibus esset locis assuetus feras cur
su aut fugare aut persequi cum quibusdam etiam viribus congredi. Quibus
rebus et insidias vitavit et corpus ad omnem virtutis patientiam duravit. Ad
regnum cum accessisset statim perdomuit pontum et cappadociam occupat.
Cum de asia tractaret tacitus cum quibusdam amicis regno profectus univer
sam nemine senciente peragratus est. Omniumque urbium situm ac regiones
cognovit. Inde in bithiniam transcendit et quasi iam dominus asie optima
queque victorie sue commentatus est. Post hec in regnum cum iam perisse crederetur
reversus est et invento parvulo quem per absenciam eius soror uxorque laodice
enixa fuerat. Que cum eum perisse crederet in concubitus amicorum proruerat
ta quasi admissum facinus maiori scelere tegere posset venenum advenienti
paravit. Sed cum ex ancillis mitridates cognovisset facinus in auctores
res vindicavit. Deinde mitridates cum orientem ad ipsos romanos
mat legatos quoque ad cimbros et gallos grecos et sarmatas et bastarni
as auxilium petitum misit et de sacia [illegible] iubet aquilium
et manium asianum consulem in fuga victum quibus pulsis cum
nichomede pulsis ingenti favore civitatum exceptus. Multum ibi
auri argentique magnumque belli apparatum invenit [illegible]
congregatum civitatibus concedit. Orosius. Post hec mitridates cum [illegible]
set ephesum [illegible] cepit edicto ut per totam asiam quicumque inventi
essent cives romani sub una die omnes necarentur. Et sic est. Nec ex
plicari aut comprehendi ullo modo verbis potest. Que tunc multitudo civium
romanorum cesa sit. Quis meror plurimarum provinciarum. Qui gemitus
occidendorum [illegible] ordinacio fuit cum singuli quique aut prodere inno
centes hospites et amicos aut ipsi periclitari pena hospitum cogerentur.
Archelaus quoque dux mitridatis cum c.xx. milibus peditum atque equitum
tum in achaiam premissus athenas ceteramque greciam partim in prin
dicione obtinuit. Silla cui post consulatum mitridaticum bellum obvene
rat archelaum apud piraeum atheniensium portum septemplici muro
communitum diu obsedit. Orosius.

De statu regno phisconis et scriptoribus illius temporis. C.li.

Annus alexandri [illegible]
xii. seculi etatis quinte de [illegible] mundi [illegible] iii. dcc. lxxxvi. egyptiorum
xii. ptholomeus phiscon [illegible] regnat annis viii. Hic enim qui antea
fuerat victus regressus de fuga regnum obtinuit quia alexan-
drum qui eum eiecerat ab incestus [illegible] cives repulerant. Hunc

anno iiij° templum tertio apud delphos ardentibus incensum est. anno v°
Valerius catullus scriptor liricus verone nascitur. anno vj° Salustius
crispus scriptor hystoricus in sabinis amiterno nascitur. Plotius gallus
primus rome latinam rethoricam docuit. De quo cicero sic refert. Memoria
teneo pueris nobis primum latine docere cepisse plotium quendam. Descriptio
rome facta in qua inventa sunt hominum iiii^c lxiii milia. Publius terentius var
ro vico atace in provincia narbonensi nascitur. qui xxxv anno agens
grecas litteras summo studio didicit. Eodem anno rome capitolium in
census est. Augustinus in libro ii° de civitate dei. De silla victore mitrida
tis et eius morte. C lxi.

Silla cum esset in asia bellum in mitri
datico gerens per lucium titium mandatum accepit a iove quod esset
mitridatem superaturum. Ad et sequitur. Hinc postea volenti redire in
urbem et suas proprias iniurias civili sanguine ulcisci item mandatum
est ab eodem iove primiliteri quodam legionis vi^te prius se de mitridate
pronunciasse victoriam et tunc promittere daturum se potestatem qua recu
peraret ab inimicis rem publicam non sine multo sanguine. Cum tunc quesisset quo
silla tarentum ubi sacrificasset vidit in capite vituli iecoris similitu
dinem corone auree. Tunc prenunciavit aruspex. Fudit preclaram ei prosperi
victoriam. Iussitque ut extis illis solus vesceretur. Postea pro intervallo
servus cuiusdam lucii pontii vaticinando clamavit. A bellona nuncius
venio victoria tua est silla. Deinde adiecit arsurum esse capitolium.
Quod cum dixisset continuo egressus est e castris. Postera die concitatior rediit
et capitolium arsisse clamavit. Ad vero asserit Augustinus [illegible]
libro i° lucie sille felicis si non fuisset uxorem metellam quam palam
erat impudica et quia honestissimi mala [illegible] dicitur ab atheniensibus
cantabatur et silla ignorabat. Beatamque domus sue primum [illegible]
dedicit. Valerius libro ix°. Silla dum ire nimio ob crimen favit nemo multo
alienus sanguine profuso ad ultimum et suum erogavit. Puteolis in ardens
indignatione quod granium principem eius colonie pecuniam ab decurionibus
ad refectionem capitolii promissam cunctanter dare audivit concitatione ni
mia in moderatoque vocis impetu convulso pectore spiritum cruore
ac minis mixtum evomuit. Igitur in dubio est silla ne prior an ira
cundia silla sit extincta. Eusebius. De victoria luculli de
mitridate. C lxii.

Anno alexandri iannei xxiiii°
etatis quinte 9° a mundi vero iiij^m dcc° lxxxiii° regnorum xi° ptho
lomeus dionisius regnavit annis xxx. hujus anno iiij° lucius lucullus primus
imperator appellatus est. victa armenia mesopotamia et nisibi cum regi
bus capta. Orosius. Marius et [illegible] duces mitridatis ad versus
lucullum missi magno [illegible] bello congregato cum publio rutilio apud
calcedoniam [illegible] cum plurima [illegible] copiis parte [illegible]
lucullus autem mitridatem cizicenos obsidentem fossa cinxit [illegible] quod facie
bat pati compulit atque ad ipsos cizicenos ut bono animo essent nunciavit
unum [illegible] natandi peritum. Qui duobus utribus suspensis media
apprehens regulam [illegible] submergens vii milia passuum transmeat
[illegible] inopia laborans [illegible] copiarum [illegible] abire precepit. Nam lucullus excipiens [illegible] plurimum

xv. horum tunc iuxta narrant. Tunc et fantinus qui se mitridati
inpetrauit et metrophanes regius prior amanto victi cum duobus mili
bus equitum a messanam fugerunt atque in numeratam uel mantuam
digressi incolles campos aut maritimos inciderunt ubi non solum mortis
usta uel saxa que quadam fuligine obfuscata dicuntur verum et campi ambusto
solo squalidi per milia passuum sine ullo ignis uel fornacis indicio rupe
dulo impressum cineris putres iacent. Turbas ex locis torride voragines
dudum quas grafictas uocant. In quibus diu obcecati inopinatis tan
pertis excepti sunt celam in regis castra venerunt. Comestor. De regno alexandre. Clv.

Porro alexander iannei cum quievisset a bellis regitans
fatigaretur morbum quartano natum putans intempestiuis laboribus
militie se reddidit et xxvii° vero regni sui anno mortuus est duos relin
quens filios hircanum aristobolum. Sciens quod filios pro pre indicis odiosos
regnum reliquit uxori que sibi subiunxit phariseos beniuolentiam illi sepe
comparauit turbande ipsius regi gestis et simulatam religionem insistens deserve
bat. Eusebius in cronicis. Tertio anno regni ptholomei dionisii vi. reg
nat alexandra iosephus annis ix. Comestor. Cum ea regnaret
hircanum primogenitum pontificem declarauit cum sufficientem regem indicans
quod modestus erat moribus ut aristobolum eo quod feruens ad vindic
tam privatum vivere cogit. Eo tempore orta est in iudea questio phariseorum
de quibus post compertus aliis explicabitur. Quorum consilio utebatur alexandra
quorum consilio optimates quosque incolarum aut exilio dampnauit aut in
terfecit. Demumque diogenem qui alexandro fuerat amicissimum occidit. Alexan
dri generis quidem duos sibi conflauerat amicos ut in inimicos tuendos dedicata
runt proinde multi ad aristobolum confugerunt cum proximo tuentur.
Actor. Hoc tempore floruit possidonius stoicus discipulus panetii ut
ait tullius. De quo dicit solinus quod gneus pompeius possidonium petiturus
a littore venit. De ecathone stoico philosopho et dictis eius. Clvi.

Eodem quoque tempore extitit ecathon discipulus eius stoicus cuius
sunt ratione dicta nec stoicis ab eis multa inveniuntur. Sunt quoque
dicta que a tullio et seneca excerpta sunt ut est illud de finibus tum
si sperare desieris metu seneca adludit ... Item illud in vi.
de beneficiis quid profecerim amicus mihi esse cepi. Item illud in ix. Si
vis amari ama. Item in libro de beneficiis. Nunc hominem magnus est
et quod vitium ... est non ... sed ... fieri. Item
querit ab ecatone an beneficium dare ... duo possit. Sunt enim
quidam qui ita distinguunt. Nam beneficia et quedam officia quedam
ministeria. Beneficium est quod alienus dat alienus aut est qui potuit
sine reprehensione cessare. Officium est filii uxoris earumque personarum
quas necessitudo suscitat et opem ferre iubet. Ministerium est quod seruo
sua eo loco posuit ut nihil eorum que prestat imputet superiori. ...
Hunc ecatonis plures utiles questiones posuit tullius in libro iii° de
officiis. Eusebius in cronicis. De catone stoico et dictis eius. Clvii.

Eodem tempore marcus porcius cato stoicus philosophus agnoscitur.
Virgilius maro in pago qui andes dicitur haud procul a mantua
nascitur. Pompeyo et crasso consulibus. Actor. Porro cathonis

(Margin note beside the ecathon passage: panetii floruisse / Hecathon)

ut ait agellius de illa sua vita quam ipse uti ferrum e[st]. Si exerceas
conteritur si non exerceas rubigo consumit. Similiter homines exercendo videmus
conteri. Si in autem inertia atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitatio.
Idem Cato dicebat militibus suis: Cogitate cum animis vestris si quid pla
bonum recte feceritis labor iste recedet a vobis cito, bonum factum a vobis dum vi
vitis non recedet. Sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas
cito abibit, nequiter factum apud nos semper manebit. Hic Cato ut ait
Tullius ... sua senectus vel senectute que non plane probantur
in vulgus. Hic cum ab eo quereretur quid maxime expediret rei familiari,
respondit: bene pascere. Quid secundum? satis bene pascere. Quid tertium? male vestire.
Quid quartum? arare. Cumque quereret quid fenerari, respondit: Quid hominem occidere?
Idem ait amicicie si forte cum pluribus ignorantur qualitate sunt dissuen
de sunt magis quam discindende. Idem multo melius esse de quibus
dam acerbos inimicos mereri quam eos amicos qui dulces videantur.
Illi enim verum sepe dicunt, hi numquam. Ipse Cato ... ex pectore
estimabatur. tandem tedio duplicis contentionis scipionum inter ... melio
rem vitam invenit. Marcia Catonis filia minor cum ab ea quereretur
cur post amissum maritum denuo non nuberet, respondit non se invenire
virum qui magis se quam sua vellet. Scripsit autem Cato libros de mori
bus partim ~~...~~ prosayco sermone partim metrico. Cum a pueris in
scolis frequentata sit, antique usus assiduitate viluisse videatur, multas
tamen continet sententias egregias et notabiles. Ex quibus has admoniciones
utiles legentium breviter excerpsi. Cato in libro de moribus:

De dictis eiusdem · Lviij ·

...ni des videto. Antequam voceris
ad consilium ne accesseris. Maiori cede. Que legeris memento. Patere
legem quam ipse tuleris. Beneficii accepti memor esto. Pauca in convi
vio loquere. Miserum noli irridere. Nil temere credideris. Tute consule. Plus
vigila semper ne somno deditus esto. Nam diuturna quies vitiis alimenta
ministrat. Virtutem primam esse puta compescere linguam. Proximus ille deo est
qui scit ratione tacere. Sperne repugnando tibi tu contrarius esse. Conveniet
nulli qui secum dissidet ipse. Cum culpas alios, nemo sine crimine
vivit. Que nocitura tenes, quamvis sint cara, relinque. Utilitas opibus
preponi tempore debet. Temporibus mores sapiens sine crimine mutat. Cum
moneas aliquem nec se velit ipse moneri, si tibi carus, noli desistere
ceptis. Contra verbosos noli contendere verbis. Sermo datur cunctis, animi
sapientia paucis. Dilige sic alios ut sis tibi carus amicus. Sic bonus esto
bonis ne te mala damna sequantur. Rumores fuge ne incipias
novus auctor haberi. Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.
Rem tibi promissam noli promittere certam. Rara fides ideo quia multi
multa loquuntur. Cum te aliquis laudat, iudex tuus esse memento. Plus
aliis de te quam tu tibi credere noli. Ne cures si quis tacito ser
mone loquatur. Conscius ipse sibi de se putat omnia dici. Cum
felix fueris que sunt adversa caveto. Non eodem cursu respondent
ultima primis. In mortem alterius spem tu tibi ponere noli.

Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus Accipito placide plene lau
dare memento. Infantem nudum cum te natura creavit Paupertatis honus pacienter
ferre memento. Quod prestare potes ne bis promiseris ulli. Ne sis ven
tosus dum vis bonus esse videri. Quod vile est carum quod carum vile puta
to. De eodem. Clix. tu ne feceris ipse Turpe est doctori cum culpa
Que culpare soles ea. redarguit ipsum. Quod iustum est petito vel quod
videatur honestum. Nam stultum est petere quod possit iure negari
Ignotum tibi tu noli preponere notis. Vincere cum possis interdum cede sodali
Obsequio quia dulces retinentur amici. Ne dubites cum magna petis im
pendere parva. Ira odium generat concordia nutrit amorem. Quem supe
re potes interdum vince ferendo. Maxima etenim morum est semper patien
cia virtus. Utilius est regno meritis acquirere amicos. Mitte archana
dei celumque inquirere quid sit. Cum sis mortalis que sunt mortalia
cura. Impedit ira animum ne possit cernere verum. Quod nimium est fu
gito parvo gaudere memento. Victorem a victo superari sepe videmus
Lis minimis verbis interdum maxima crescit. Litis preterite noli ma
ledicta referre. Nec te collaudes nec te culpaveris ipse. Hoc fa
ciunt stulti quos gloria vexat inanis. Labitur exiguo quod partum est
tempore longo. Insipiens esto cum tempus postulat aut res. Stulti
ciam simulare loco prudencia summa est. Consilium archanum tacito committe
sodali. Indulget fortuna malis ut ledere possit. Prospice qui veniunt
hos casus esse ferendos. Nam levius ledit quicquid previdimus ante. Rebus
in adversis animum submittere noli. Fronte capillata post est occasio cal
va. Pauca voluptati debentur plura saluti. Somnia ne cures nam
mens humana quod optat. Dum vigilat sperat per somnum cernit ipsum
Instrue preceptis animum ne discere cesses. Nam sine doctrina vita est quasi
mortis ymago. Commoda multa feres sin autem spreveris illud. Non
me doctorem sed te neglexeris ipsum. Quid statuat de te sine te deliberat
ipse. Cum recte vivas ne cures verba malorum. Arbitrii non est quod
quisque loquatur. Interpone tuis interdum gaudia curis. De eodem. Clx.
Utile consilium domini ne despice servi. Nullius sensum si prodest spreveris
umquam. Multorum disce exemplo que facta sequaris. Que fugias
vita est nobis aliena magistra. Quod nosti factum non recte noli tacere ne
videare malos imitari velle tacendo. Iudicis auxilium sub iniqua
lege rogato. Ipse etiam leges cupiunt ut iure regantur. Quod merito
pateris patienter ferre memento. Cumque reus tibi sis ipsum te iudice damp
Admiranda canunt sed non credenda poete. Inter convivas fac sis
sermone modestus. [illegible] pia consumunt dum [illegible] aliena. Fac
tibi proponas mortem non esse timendam. Que bona si non est finis tamen illa
malorum est. [illegible] bonis si non [illegible] optimus esse. Despice
divitias si vis animo esse beatus. Quas qui suspiciunt mendicant
semper avari. Commoda nature nullo tibi tempore deerunt. Si contentus eo
fueris quod postulat usus. Dilige denarium sed parce dilige formam. Reb
age que [illegible] vincimus vitare memento. Incumbit [illegible] suspiciens

nec ita laboris. Sed tu prosperitate et afflictione dissolute quod sit ulla inquit
solent primo que sit neglecta oratio. Cum te detinuit levibus damp-
-na voluptatis indulgere gule noli que ventris amica est mul-
ticia est in morte alterius sperare salutem. Cum tu vel potes vel sedu-
que amicus. Non tu fortuna hominis sed vita pretenda est. Non metuit
mortem qui scit contempnere vitam propaganda est rerum doctrina bonarum
cum orbi cum mali est quecumque voluptas. Tu qui multis ubique adulta
canto. Rebus in adversis melius sperare memento. Una dies quales fuit
monstrabit amicos. Ne pudeat que nescieris te velle doceri. Scire
ad laus est culpa est nil discere velle. Sed potes id tempus nam
libus tempus vincis. Turpe est multo quam nolunt vendere in alterum
Cont. hominem iniustum pone contendere noli semper in deis in rebus ulla
sit' viis. Sed quidam qui sibi deus pacis amor. Tempora longa tibi
vite promittas noli. Quicumque ingredi(?) primum mors corporis umbra
velud dum parcus dolor et medicina dolorum. Quos similes dicis
hominis hic animis efficaces obeunt quorum sunt cuncti vita et dolor

De diogene babilonio et discipulo eius antipatro Clxi.

Loquebantur ut legitur de ipso diogenes babilonius et antipater eius discipulus
de quibus loquitur cicero in libro iii° de officiis hoc modo. Cum inquit de celan-
dis vitiis venditoris erga emptorem utrum omnia vitia vendenti oporteat
dicere vel quedam et tacere liceat. In huius modi causis aliud diogeni babilonio
videri solet magno et gravi stoico. aliud antipatro discipulo eius homini
acutissimo. antipatro omnia patefacienda ut ne quid omnino quod venditor
norit emptor ignoret. Diogeni venditorem quatenus iure civili constitu-
tum sit dicere vitia oportere. Cetera sine insidiis agere et quoniam vendat velle
quam optime vendere. Advexi. Exposui vendo meum non pluris quam
ceteri fortasse etiam minoris cum maior est copia. Cui fit iniuria. Exoritur
antipatri ratio ex altera parte. Quid ais. Tu cum hominibus consulere debeas
et servire humane societati eaque lege natus sis et ea habeas principia nature
quibus parere et qui se sequi debeas ut utilitas tua communis sit vicissim-
que communis utilitas tua. Celabis homines quid iis adsit
commoditatis et copie. Respondebit diogenes fortasse sic. aliud est celare
aliud tacere. Neque ego nunc te celo si tibi non dico que natura deorum sit quod
sit finis bonorum. bonorum que tibi plus prodessent cognita quam tritici
vilitas. Sed non quicquid tibi audire utile est et dicere. Immo vero necesse
est homines natura coniunctam societatem. Memini inquit. Sed numquid ista so-
cietas talis est ut nihil suum sit cuiusque. Quod si ita est ne vendendum quidem
quicquam est sed donandum. Respondet ille. Quid est enim aliud inquit
erranti viam non monstrare quod athenis exsecrationibus
sanctum est publice. Si hoc non est emptorem pati ruere et per errorem
in maximam fraudem incurrere. Plus etiam est quam viam non
monstrare nam est scientem in errorem alterum inducere. Respondet diogenes.
Num te emere coegit qui ne hortatus quidem est. Ille quod non

placebat proposuit tantum quod placebat emisti. Denique iste te sciret non laudaret. Dum autem emptoris et indicans vili sibi frumentum venditoris ex non sit. Sic autem dicam non omne prandium et quod dicam et in patiendo putatis. Quod non simulandum et quid venditorem quoniam rei quam vitia narrare. Quod non tamen absurdum quam si domino iussisse ita praeco praedicit domum pestilentem male materiatam ruinosam plenam serpentibus ego vendo. Hoc Augustinus. Tullius exposuit non in quaerere sed utrumque simulare. Nichil debet venditor emptori celare quod vitium sit nisi quod tu scias id ignorare emolumenti causa velis eos quorum interest id scire. Hoc autem celandi genus quale sit et cuius hominis quis non videt. Certe non aperti non simplicis non ingenui non viri boni versuti potius obscuri astuti fallacis fraudulenti dolosi malitiosi callidi veteratoris vafri. Quod si vituperandi qui reticent quid de hiis existimandum est qui orationis vanitatem adhibent. Orosius.

De morte Mithridatis et bello Pompeii contra Tigranem. c. lxxi.

Interea Pompeius cum Armeniam contra Tigranem proficisceretur ... ubi complures praefectos de ponto in Persiam ad Ecbatanam urbem captos praefecti regni. Lix. ... Interea Mithridate in Bosphoro cerealia sacrificante terrae motus repente adeo exortus est ut magna clades urbium atque agrorum secuta narretur. Eodem tempore Castor Mithridatis praefectus qui Fanagoriis praeerat occisis amicis regis arcem occupavit et quattuor Mithridatis filios ad praesidia Romana transmisit. Mithridates accensus ira scelera sceleribus cumulavit. Nam complures tunc amicos suos et Exipodram filium suum interfecit cum iam Macharem filium suum parricidio ante punisset. Pharnaces alter filius eius exemplo fratrum territus exercitum ad persequendum se missum sibi conciliat et mox adversus patrem duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filium frustra precatus ubi inexorabilem vidit moriturus exclamasse fertur. Quoniam Pharnaces mori iubet vos si estis dii patrii precor ut quandoque et ipse hanc vocem a liberis suis audiat. Statimque descendens ad uxores pellices ac filias suas venenum omnibus dedit. Quod cum ipse novissime hausisset nec tamen propter remedia quibus vitalia sua armaverat adversus noxios sucos veneno confici posset frustra quoque spatiatus si quo tandem modo infusa pestis per venas agitatione corporis acta discurreret Gallum quendam militem iam fracto muro descendentem invitavit eique iugulum praebuit. Hunc exitum Mithridates sortitus est homo omnium ut ferunt superstitiosissimus annos natus lxxii. Regnavit annis lx. Contra Romanos bellum annis xl gessit. Bellum Tigrani Pompeius intulit. Ille se ei dedidit et ad castra Pompeii xvi miliario ab Ecbatana venit diadema suum cum procubuisset ad genua Pompeii in manibus eius collocavit. Quod ei Pompeius reposuit etc.

honorifice cum titulo regni tantum privatim vivat regendi potes-
tas adepta est et Siria simile et Zophene et vi talentorum argenti
quod pro pelis dederat quia bellum sine eo Romanis gerere noluit. Comestor.

De regno aristoboli et relegacione fratris eius hircani. Clxiij

Anno autem regni sui ix° egrotat alexandra et aristobolus collecta
plurimorum parte munire se regalibus castellis. Quo audito [illegible] quilibet
hircani mater uxorem aristoboli cum filiis in custodia retinendos
obsides accepit. Interim regnum sibi aristobolus usurpavit. Ea mortua
aristobolus collecto exercitu contra fratrem movit arma. Cumque congressi
venerunt in campis iericontinis victus hircanus fugit in iherusalem.
Tandem ea lege in concordiam redierunt ut aristobolus regeret hircanus
vero sublatis quibusque singularibus honoribus domos [illegible] permutaverunt. Erat
tamen cum hircano antipater ydumeus cum quo prudentia et strenuitate
timens aristoboli calumpnias et pretendebat [illegible] persuasit hircano
ut se dolo temptato quereretur et ut ad arethan regem arabum confu-
geret eius auxilio rediret in regnum. Nocte egressi venerunt ad
regem arabum in oppidum quod petra dicitur. Ibi regem suadebant ut contra
quem collecto exercitu aretha venit in iudeam et obsedit iherusalem. Et cum
eum oppressisset [illegible] romanorum [illegible] obsidionem [illegible] cum
non desiit [illegible] regem [illegible] tributa [illegible] pom-
peius [illegible] tigranem regem armenie [illegible] [illegible]
presidem sirie. Qui cum audisset dissensionem fratrum in iudea [illegible]
[illegible] iudea [illegible] sub [illegible] manum valida
[illegible] mittit inde adque legati [illegible] utrique venerunt auxi-
lium [illegible] postulantes. Corruptus autem [illegible]
missis ab aristobolo quod [illegible] romanorum [illegible]
bas legatos misit [illegible] pompeii [illegible]
ab obsidione recedunt. Recedens ergo aretha hircanum et antipatrem
philadelphie collocavit. Qui [illegible] arabum in [illegible]
[illegible] convenerunt. Cum [illegible] pompeius [illegible] cum [illegible]
[illegible] ut violenciam aristoboli digna [illegible]
[illegible] et hircanum restitueret regno. Sed [illegible] aristobolus sibi [illegible]
[illegible] sicut [illegible]

De expulsione aristoboli et restitucione eius hircani. Clxiiij

[illegible] autem pompeius ei regnum
[illegible] [illegible] in dignitate in salutato pompeio [illegible]
sit [illegible] se in alexandria [illegible] oppidi [illegible]
[illegible] ut [illegible] ad se descenderet. [illegible] magnum iussit
[illegible] pompeius vocabat
[illegible] ab oppido [illegible] ibi custodibus precepit ut non [illegible] manum
[illegible] obtemperaret abiitque [illegible]
[illegible] magnum [illegible] morte [illegible]
[illegible] nunciata. Cumque [illegible] aristobolus [illegible]
ei [illegible] in alexandrio [illegible] romano

gitorum cupiens. Sed ut horum effectum est, accessit Gabinius ad suscipiendum Ircanum custodes ut in oppidum reciperent. Hijs commotis Pompeius Aristobulum in custodia collocavit. Cum autem obsedisset Ierusalem, orta est dissensio in urbe. Nam fautores Aristoboli urbem sibi, fautores Hircani eam tradendam Romanis contendebant. Sed pars Aristoboli victa in templum secessit, recepto autem Pompeio in urbem templum expugnabat. Cuius septentrionalem vallem implere aggeribus labor erat immensus nisi observasset septimis diebus quibus operari Iudeis prohibitum non est aggerem fieri compescuisset. Tempore tamen tercio mense irrupto est templum. Faustus autem Cornelius Sille filius primus ingredi ausus est. Et invenere Romani prophanantes templum et ut alii legunt equos in porticibus stabulantes. Ubi quia iam tradunt nunquam decreto pugnasse Pompeium quam vincit, qui hactenus fuerat fortunatissimus. Post autem ingressus templum Pompeius admiratus est tam ornatum et religionem templi, ut in eo nichil tulit preter eius ditionis, ut a sordibus mundarent templum. Cumque imposuisset velimus liberatum Hircanum pontificem, decollato Aristobulo captivum duxit duos suos filios eius Alexandrum et Antigonum cum totidem filiabus Romam. Et que tunc comprobabat Syrie et Iudee amministratione Scauro commissa reliquit secum cohortibus duabus. Eusebius in cronicis sic: anno Ptolomei Dionisii xv regnavit Hircanus apud Iudeos annis xv. Hircanus apud Iudeos in xxxiiii°. Comestor

## De alexandro aristoboli et antipatre. Clxx.

a. Alexander autem Aristoboli filius elatione fugit. Qui magnam manum collecta Iudeam compellabat et Hircanum inquietabat. Obtinebat et munitissima loca, missus est autem in Syriam Gabinius et Scauro successit, cum quo Marcus Anthonius militabat. Qui cum iuxta Alexandrion obsedisset Alexandrum, consilio matris Alexandri sic fecit et castra. Qui Gabinius consilio mulieris omnes munitiones reddidit Alexander belli fecit recepta civitate reparabat. Gabinius vero ob reginis auro suo et ceteris captivis innuens qui Rome fuerant abducti. Preterea Gabinius curam templi Hircano mandata gente Iudeorum in quinque conventus divisit, que Pentarchias unde singulis suspiciens. Eo tempore fuit et Antipater amicissimus Gabinio et Marco Anthonio. Adeo et claruit, quod duxit in uxorem nobilem regnantes Arabum Cipre nomine. Qui suscitavit quattuor filios et filiam. Primogenitus fuit Fasalus, secundus Herodes qui postea dictus est Ascalonita, tercius Iosephus, quartus Ferozas. Filia vero dicta est Salomia.

## De fuga aristoboli et natali et quibusdam Syrie presidibus et illius temporis sepultoribus Clxxi

P. Post hec tamen elapsus est Roma Aristobulus. Qui magnam manum conflata Alexandrium muros redificabat. Ad quem debellandum missus est a Gabinio Anthonius. Captusque iterum Aristobulus cum filiis Romam reductus est. Filium quidem in custodia senatus retinuit, filios autem in Iudeam remisit quia

gabinius et se scripserat spopondisse uxori aristoboli pro castellorum
traditione. Post hec gabinius it apud egyptum detinetur. alexander aristo
boli filius iudeos iterum ad dissensionem induxit. Sed uictus gabinius
pacem fecit et hircano pontificatum confirmat. Quo mortuo missus est preses
syrie crassus ut contra parthos qui tunc romanis dimicabant repugnaret
Hic superbus ad parthos militie cum fere auro de templo tollit et
quibus pompeius abstinuerat. ii milia talentorum. Sequenti anno in obsidione
se miscuit. Cui successit preses syrie cassius qui in omnibus consiliis antipatre
utebatur. Eusebius. His temporibus oracius flaccus poeta satiricus et liricus
venusii nascitur. apollodorus pergamenus grecus orator calidii et aug
gusti preceptor clarus habetur. Ea quoque que de catillina consule a cedime
salustius scribit et liuius hoc tempore gesta sunt. Cicero cum fecit in capi
tolio honorifice susceptus applauso. Catullus anno etatis sue xxx° rome
moritur. messala corvinus orator nascitur. virgilius cremone studijs eru
ditur. Deinde supra togam mediolanum transgreditur et post breue tempus
romam proficiscitur. Opera autem liuius historicus et marcus calidius orator
diodorus quoque grecus scriptor historie clari habentur. sed romis plautus orator qui
decimoque in assirica per annum sibi consilij pudore mori maluit quam euadere

De regno cleopatre et initio romani imperii. Clxvii.

Post ptholomeum dionisium xii in egypto cleopatra cepit anno regni
hircani xvii. etatis scilicet quinte anno xl° mundi vero iii. dcc. xvi°
et regnauit annis xxii. Comestor. Eo tempore factum est dissidium inter
romanos pompeio et iulio. C. Cesare. aut post senatus et pompeii fugam
tunc maior romanorum urbis omnibus romanis potens et dictator. post eum loco
qui et aug cleopatre fratris sui donat concilia romanis nascuntur impera
torum tam presentis cesaris imperium principis aug gestorum historia ut plenius
comprehendi et bella que in imperium gessit sequens liber texuit. Iuncti
hunc sextum libri principium abrupimus atque latinorum augere volumus hec
exordium breuiter et succincte ponimus aquo romanorum imperium initium
sumpserit et quandiu ac per quos romana res publica augusti temporibus cete
risque ad imperii monarchiam administrata sunt. Continentia sexti libri.

Liber sextus continet historiam lxi. annorum per tempora duorum impera
torum scilicet iulij cesaris qui fuit primus et octouiani augusti
sub quo passus est deus. hic inseruntur flores rhetorici tullij ciceronis
et valerij maximi poetarumque omnium et comicorum. epilogus quoque de
incarnatione domini. hic autem capitula. cxxviii. i. De hijs qui romanorum
primi reges fuerunt ante iulium cesarem. ii. De bello eius antequam consulatum
iii. De bellis eius contra gallos belgicos atque britanos. iiii. De ceteris
eiusdem preliis contra gallos. v. De dictis moralibus iulij cesaris. vi. De quibusdam
dictis eius ex libris eiusdem. vii. Flosculi libri ciceronis de
de officiis. viii. Item de eodem. ix. De eodem. x. De eodem. xi. De
eodem. xii. De eodem. xiii. Flosculi eius de amicicia. xiiii. Item de eodem.
xv. De eodem. xvi. Flosculi eiusdem de senectute. xvii. Item de eodem. xviii.
Flosculi de oratore. xix. Flosculi de paradoxis. xx. Flosculi philippicarum

De odiis herodis in antipatrum et eius in carceratione ·xcix· De morbo et morte herodis et vocatis antipatri ·c· De substitucione archelai et lite fratris pro regno ·ci· De in...ioribus regibus in iudea et de simulato alexandro et de vicissitudine regni ·cii·
De reditu domini ab egipto et morte glaphire et de filio archelai ·ciii· De in-
ventione domini ihesu in medio doctorum ·ciiii· De primis imperatoribus
et morte augusti et athenodoro quoque stoico ·cv· De omnibus poetarum scriptis
eius ·cvi· Flosculi morales epistolarum eius ·cvii· Flores libri sui de tibi
·cviii· De eodem ·cix· Iterum de eodem ·cx· Flores libri de arte amandi
·cxi· Item de eodem ·cxii· De eodem ·cxiii· Flosculi de remedio amoris
·cxiiii· Item de eodem ·cxv· Flosculi libri metamorfoseos ·cxvi· Item
de eodem ·cxvii· Flosculi libri fastorum ·cxviii· Flosculi libri tristium ·cxix·
Adhuc de eodem ·cxx· Flosculi libri de ponto ·cxxi· Adhuc unde supra
·cxxii· De valerio maximo et libris eius ·cxxiii· De dictis eius sepius mo-
ralibus ·cxxiiii· Adhuc de eodem ·cxxv· De eodem ·cxxvi· Item
de eodem ·cxxvii· Adhuc de eodem ·cxxviii· De eodem · De hiis qui ro-
manam rem rexerunt ante Iulium cesarem ·

## Regnum latinorum sub iano ut aiunt primo rege exortum ab anno ·lxxvi· aoth iudicis

est usque ad annum viii^m. darii qui fuit lxxx^us post transmigrationem babilonis ·x^us· post reversionem extitit per annos
d^{cc}. lxxxxvii et reges latinos vi. albanos xiiii ro-
nos vii. usque ad tarquinium superbum. Reges latini ceperunt a iano
albani ascanio. Romani a romulo. Sublatis expulsis ab urbe regibus
per brutum consules rem publicam tractaverunt usque ad iulium c. i. usque
ad annum xx^m. Certam regis imperio per annos CCCCC. lxii. Horum
itaque primus fuit brutus anno primo. Et inde x viri constituti anno xl^o.
Camillus consul anno ccxxvii^o. Attilius dictator anno ccxlviii. pa-
pirius consul anno clxxxvii^o. Manlius torquatus anno cc^o. xliii^o.
Publius cornelius scipio anno cc^o xlii^o. Fabius maximus dictator
anno cc^o. xcviii^o. Lucius emilius paulus terencius varro anno cc^o xc-
ix^o. Levinus et marcellus anno ccc^o. iiii^o. Claudius nero et marcus
livius salinator anno CCC v^o. Scipio affricanus anno CCC lxi^o.
Scipio affricanus iunior anno CCC. lxiiii^o. Scipio nasica anno CCC
xci^o. Postumius et metellus anno ccc^o xciii^o. Marius et gneus ma-
nilius anno CCCC iiii^o. Silla anno cccc^o. xxii^o. marcus tullius cice-
ro anno cccc^o. xlix^o. Pompeius et crassus anno CCCC. lxii^o. Demum
cesar imperavit solus anno cccc^o lxii^o. Hec de temporibus consulum excerpsi
illos potius signans quorum temporibus aliqua memorabilia contigerunt
ut temporibus scipionum bella punica tempore marii ingruentium per-
ditionis katilinarum Iulius cesar De bellis eius antiquo contra
4. ic cesar quondam rheno facto ponte transiens germanos. ii.
germanos vastare cepit quam ... cetera parte gallie. Nam gallia omnis
in tres partes divisa est quarum unam incolunt belge aliam
aquitani tertiam qui ipsorum lingua celte nostra galli appellantur.

hij omnes lingua institutis legibus inter se differunt. Gallos ab aquitanis
garona flumine a belgis matrona et sequana diuidit. Horum omnium fortis
simi belge propterea quod a cultu atque humanitate prouincie longissime absunt
minimeque ad eos mercatores sepe commeant atque ea que ad effeminandos
animos pertinent important proximique sunt germanis qui trans renum
incolunt cum quibus continue bellum gerunt. Omnium autem gallorum ut ad bel
la suscipienda alacer et promptus est animus mollis ac minime resistens
ad calamitates perferendas. De summis sepe rebus consilia ineunt quorum
eos in vestigio penitere necesse est cum incertis rumoribus seruiant et plerique
ad voluntatem eorum ficta respondeant. Gallorum pectora subita sunt et repentina
consilia nam omnes fere nouis rebus student et ad bellum cito mobiliter ex
citantur. Itaque ea que fertilissima sunt germanie loca circa herciniam
siluam volce tectosages occupauerunt ibique consederunt que gens summam et iusti
cie et bellice laudis opinionem habet. Hercinie silue latitudo nouem dierum
iter expedito patet. Multa in ea genera ferarum nasci constat que
reliquis in locis visa non sunt ex quibus sunt boues vri alces et altes
et vri. Apud germanos ea consuetudo erat ut matres familie sortibus
et vaticinationibus declararent utrum prelium committi ex usu esset necne.
Dicebant quod non esset fas germanos superare si ante nouam lunam contendissent.
Bello initio solebant omnem aciem suam redis et carris circumdare ne qua
spes in fuga esset. Heluanaudus De bellis eius contra gallos belgicos
Post hoc partem belgarum gens aduersum et contra britannos. m.f
cesarem exarsit. Ex quibus bellouagi et uirtute et auctoritate et hominum numero prestantes
fuere centum milia armatorum. Suessiones xii oppidis L. Neruij totidem
atrebates et ambiani x. Morini xxv. Menapij ix. Caleti
x. velocasses et veromandui totidem x. aduatici xxix. adules eburones
condrusi cenomani qui vno nomine germani vocantur xl. In summa fuisse
dicuntur cc.lxxxij armatorum milia. Omnes usque ad internecionem pe
ne deleti sunt. Deinde apud octodorum cum cesar in ytaliam proficis
ceretur plusque xxx barbarorum cesa referuntur. Aliquando xij cen
turiat galba quem cesar ad vagros et sedunos miserat. Ex aqui
tanis quoque et cantabris xxxviij cesa referuntur. Deinde cesar germa
norum CCCC cecidisse refertur. Julius cesar Renum transire
deliberat sed nauibus transire neque satis tutum arbitrabatur neque suemque
populi Romani dignitatis esse statuebat. Itaque licet summa difficultas faciendi
pontis proponeretur propter latitudinem altitudinem rapiditatemque fluminis tamen
sibi contendendum aut aliter non traducendum exercitum existimabat. Rationem
pontis hanc instituit. Tigna bina sesquipedalia paululum
ab imo preacuta dimensa ad altitudinem fluminis interuallo pedum duorum
inter se iungebat. Hec cum machinationibus immissa in flumine defixerat
festucisque adegerat non sublice modo directe ad perpendiculum sed prone
ac fastigiate ut secundum naturam fluminis procumberent. Hiis item contraria duo
ad eundem modum iuncta interuallo pedum quadragenum ab inferiori
parte contra impetum fluminis conuersa statuebat. Hec utraque insuper bipedalibus
trabibus immissis quantum eorum iunctura distabat binis utrimque fibu
lis ab extrema parte distinebantur. Quibus disclusis atque in contrariam

pterum vinctis tanta erat operis firmitudo atque ea sit, vna maior ut
quo minus aque se incitassent q̃ actionibus illigata tenentur. Dum opere
effecto exercitum traduxit. Cesar ad vtramque partem fluminis presidio relicto
in fines sicambrorum contendit. Diebus autem xviii. transactis consumptis
satis et ad laudem et ut ad utilitatem profectum arbitratus se in galliam
recepit pontemque rescindit. Deinde in britania proficisci contendit. Orosius
Cesaris equitatus primo congressu abritanis victus est ibique labienum
tribunum amisit. Secundo prelio cum magno suorum discrimine victos britanos
in fugam vertit. Inde ad flumen tamensim profectus cuius ripam atque
me toto sub aqua vadum acutissimis sudibus hostes prestruxerat. Et
ubi actionibus apertum est barbari legionum impetum non ferentes plures
se abdiderunt in silvis crebris eruptionibus romanos grauiter infestabat. Interea
trinouantum firmissima ciuitas cum androgeo duce datis xl. obsidibus
cesari se dedidit. Quod exemplum cetere secute sunt. Orosius
a Cesare abritanis reuerso Cesaris plus contra gallos. iiii.
galliarum ambiorix cum eburonibus et aduaticis conspirans
cottam et sabinum legatos apud eburones cum tota funditus legione
insidiis circumuentos occidit. Julius celsus. Ubi cotto balnerio qui
superiori anno primum ~~primum~~ pilum duxerat utrumque femur tragula tra-
iecit. Quintus lucanius interficitur. Lucius cotta legatus os funda
vulneratur. Quintus titurius gneum pompeium interpretem suum mittit
ad ambiorigem. Sabinus cum primis accessisset iussus arma abi-
icere imperatum facit. Illo sermone protrahente circumventus interficitur.
Deinde lucius cotta et lucius petro sedulus aquilifer. Reliqui
nocte desperata salute se ipsi interficiunt. Ambiorix autem victoria
2 hac elatus consilio in neruios. Deinde principatum contendebat. Indutiomarus et
cingetorix legatum ad ciceronem mittit qui tunc similiter in hibernis
consuetudinem primo romanorum accepit ab hoste armato quod tamen multitudo
hostium exhibere colligere potuit quod tamen in obsidione castrorum vallum
circumdandum et acceptiuus romanus docuerunt et instrumenta vnde
2 liam non habent gladiis conscindendo terram et sagulis exportando
vix tribus horis vallum .x. pedum et fossam pedum xv. per mi-
lia passuum xv. in circuitu perfecerunt. Interea C. xx. turres
mire altitudinis construxerunt. Et cum iam vii. dies noctesque fuis-
2 sent hostium tamen pugnauerunt at ventus subito plurimos exorta
est testas feruentes in tectum fundere flammataque fecit tela
ac mox concepto igne stabularia intra castra arserunt. Et sic
pertulimus tempestivis cum multis amissis obsessorum uariam incendium
Sed ut sic quidem romani cum vndique obruuntur ambulabant labo-
ribus vigiliis incendiis vexassemur. Tunc cicero literis iaculo
illigatis ad cesarem mittit quibus nunciat vnam deletam esse
legionem alteram et iam prope confectam. Cesar autem ad bel-
2 louacos ad marcum crassum mittit. Orosius propera cum duabus

legionibus eo adventante deserunt hostes obsidionem atque incen-
dentes raptis copiis ruunt. Cesar premissis se castris consulto condidit
Equitibus quos premiserat in fugam fingere imperavit ut ad transitum
vallis que in media erat. Sibique victoria videbatur hostes contemp-
tu sui irritaret. Quibus advenientibus insuper ab omni portas
sepsit. Quo viso galli quia vicissent ad obsidionem continuerunt vallo
circumfusi sunt. Cesar tunc repente portis patentibus effudit et omnes hostes
in fugam gallos vastissima cede compulit. Nam hec tunc fuisse re-
feruntur equitibus paucis per paludes in vias evaserunt. Iulius Cesar
Cesar legione producta incolumis fecit iter ad Ciceronem quemque mi-
litum cum sine vulnere conquo intellexerunt tunc quanto periculo et quanta virtute
pugnavissent. Cuius fama perferetur ad cesarem magnos gallorum
copias earum civitatum que appellantur Armorice convenisse et ad eum
re galli bella inciperent lege quam omnes puberes et armati con-
venire iubentur. Qui ex eis novissimus convenit in conspectu multi-
tudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. Interea parta bello omni
Induciomaro tremendo principe castra recepit ut omnes unum pete-
rent Induciomarum inquit quia preter hunc nunciant quem illum
interfectum videt. Actor. De dictis moralibus Iulii Cesaris · V ·

Et talia multa de bello contra gallicam narrat Orosius
et Iulius Cesar. Sed in bello contra gallos Iulius Cesar
diligenter in libro v. descripsit de quibus nota quedam que sequuntur compa-
rata sunt Iulius Cesar commentariis li. Consueverunt dii immortales quo
gravius homines ex commutatione rerum dolerent quos pro scelere eorum
ulcisci volunt his secundiores res et diuturniorem impu-
nitatem concedere. Tota gallia communi sensu inter orbis terrarum obsi-
stere posset. Naturaliter omnes homines studio libertatis incitari
et conditionis servitutis odisse. Libenter homines id quod volunt credunt
Iracundia et temeritas gallorum genti maxime innata est ita
ut levem auditionem pro re certa habeant paululum fieri non posse
facilius reprimuntur qui se ultro morti offerunt quam qui dolo-
rem patienter ferunt. Idem in v. li. Rara omnium inimicorum est virtus
Qui volumus et libenter credimus quod nos sentimus ipsi reliquos
sentire speramus. Idem in v. Inter duos bellantes quam uterque tempus
agendi de pace et de tuo sibi utique consideret reparans dubia videntur
Sed si alter paululum minor fortuna tribuit omnino ratur. Quibusdam
partes qui superior videtur non aqua parte contemnere erit qui se omnia
liberaliter concessurat. Idem in v. Terror hominibus consilium huiusmodi eripit
et membra debilitat. Fortuna plerumque eos quos plurimis
beneficiis ornavit ad duriorem casum reservat. Idem li. v. Galli
homines apti sunt numeroque insidiosi qui pro virtute non pro do-
lum dimicare consueverunt. Actor. De quibusdam dictis ciceronis

p ciro tironem in gallia sub cesare militasse. Et libris eius. vi.
re. mo. in illud alsium torosium supius diximus qui multa
preclara dixisse atque scripsisse legitur. Augustinus de civitate dei li. xxii. Omnia
volens tractare sed potius breviter diffinire metus est iniustum quendam so
luta libidine scientia abominum gaudium mobili omnia sentiens timores
spaque [illegible] mutu sempiterno [illegible] romanus li. i. Tractat roga
tus ab yrtio ut post repudium terencie sororem eius duceret. Non
acquievit dicens se non posse uxori operam pariter et philosophie dare. Illa autem
[illegible] qui de fontibus tullianis hauserat nupsit salustio
inimico eius et rectori. Scripsit autem tractatus qui a marco tullio vocantur
de officiis libros tres. De amicicia. li. i. De senectute l. i. De oratore
l. i. De paradoxis li. i. Philippicarum l. i. Rethoricorum. l. ii. Tusculanarum. l. v. Orationum l. xii. Invectivarum l. vi. De legibus l. iii.
De fine boni et mali l. v. De natura deorum l. iii. De divinacione
l. ii. De fato li. i. De creatione mundi l. i. Dialogorum ab hortensio l. i. De petitione oratoris l. i. De achademicis l. i. De
hiis autem omnibus hec pauca moralia ad morum tractatum edificationem
legentium excerpta huic operi meo inserui. Tullius in li. i. de officiis

v Virtutis omnis laus in Flosculi librorum eius de officiis. vii.
actione consistit a qua tamen sepe fit intermissio multeque dantur
ad studia reditus. Sicut de hiis que terra gignuntur ad usum
hominum creari omnia homines autem hominum causa fuisse generatos ut
ipsi inter se alii aliis prodesse possent. In hoc igitur debemus naturam du
cem sequi communes utilitates afferre in medium. Fundamentum iusticie
est fides id est dictorum conventorumque constancia et veritas. In illis
promissis standum non est que quis non videt que quis metu coactus
vel dolo deceptus promiserit. Fundamentum iusticie est fides id est
dictorum conventorum constancia et veritas. Existunt sepe iniurie quo
dam nimis callida sed maliciosa iuris interpretacione. Ex quo
illud summum ius summa iniuria est factum iam tritum proverbium.
Quare suscipienda sunt bella ut sine iniuria in pace vi
vatur. Itaque pati que nichil turpius sit in insidiarum semper e
consulendum. Totius autem iniusticie nulla capitalior quam eorum qui
cum maxime fallunt id agunt ut boni viri videantur. Liberalitate
et beneficencia nichil est nature hominis accommodacius. Sed que
multas habet hec cautiones videndum est ne obsit vel
illi cui datur beneficium vel aliis. Sunt enim multi cupidi splendo
ris et glorie qui aliis eripiunt quod aliis largiantur et sic aliis no
cent et in alios liberales existunt. Nos autem ea liberalitate utamur
que amicis prosit et nemini obsit. Deinde ne maior sit liberalitas
quam facultas et tandem ut pro dignitate cuique tribuatur. Quod
fundamentum iusticie nichil enim liberale est quod non sit iustum

Spectandi sunt mores eius in quem beneficium confertur et animus erga
te. nos et civitas ac societas vite et ad mores utilitates officia sunt
collata. Omnium societatum nulla prestancior est nulla firmior quam
cum boni viri moribus similes sunt familiaritate coniuncti sunt. Nichil enim ama
bilius est nec copulatius quam morum similitudo bonorum. In quibus enim
eedem voluntates sunt in hiis fit ut alter altero eque ut se ipso
et fit unum ex pluribus. Vita victus communis consilia sermones
cohortaciones monitiones et obiurgaciones maxime in amiciciis vigent. Et est
ea illa iocundissima amicicia quam similitudo coniugavit. Sicut sciencia que
remota est a iusticia calliditas potius quam sapiencia est appellanda sic
animus paratus ad periculum si sua cupiditate non communi utilitate impel
litur audacie potius nomen habet quam fortitudinis. Fortes et magna
nimi sunt habendi non qui faciunt sed qui propulsant iniuriam. Vix
invenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis non quasi mercedem rerum
gestarum desideret gloriam. Non est consentaneum eum qui metu non
frangitur cupiditate frangi nec qui se invictum a labore prestiterit
vinci a voluptate. Item de eodem viij. Nichil tam angusti tamque
fugienda est pecunie cupiditas. Nichil parvi est animi quam amare
divicias. Nichil honestius atque magnificencius quam contempnere
pecuniam si non habeas si autem habeas ad beneficenciam liberalitatemque conferre.
Multi tranquillitatem expetentes a negociis publicis se removerunt atque
ad ocium perfugerunt. Inter quos et nobilissimi philosophi longeque principes
severi et graves nec populi nec principum mores ferre potuerunt
vixeruntque non nulli in agris facilior quidem et tucior et aliis minus
gravis aut molesta ociosorum vita fructuosior autem hominum generi
et ad claritatem amplitudinemque apcior eorum qui ad rem publicam et ad res
magnas gerendas se accommodaverunt. Bellum ita suscipiatur ut
nichil aliud nisi pax quesita videatur. Fortis est animi et con
stantis non perturbari in rebus asperis nec tumultuantem de gradu deici sed
presenti animo et consilio uti nec a racione discedere. Illud etiam magni inge
nii est cogitacione futura precipere et aliquando constituere quid accidere possit
in utramque partem et quid agendum sit cum evenerit. Qui rei publice prefuturi sunt duo
precepta Platonis teneant unum quod utilitatem civium sic tueantur
ut quecumque agant ad eam referant obliti commodorum suorum. Al 2
terum ut totum corpus rei publice curent ne dum aliquam partem tuentur
reliquas deserant. Tutela aut procuracio rei publice ad eorum uti 3
litatem qui commissi sunt non ad eorum quibus est commissa gerenda
est. Nichil est laudabilius nichil magno et preclaro viro dignius placa
bilitate clemenciaque. Que tamen ita probanda est ut adhibeatur rei pu
blice causa severitas sine qua civitas non potest administrari. Omnis autem
animadversio et castigacio debet vacare contumelia nec ad eius
qui punit vel castigat aliquem sed ad rei publice utilitatem

respi. Cavendum est etiam ne maior sit pena quam culpa videndo prohibenda
est ira in puniendo maxime. Numquam enim qui iratus ad puniendum ac-
cedit mediocritatem illam tenebit que est inter nimium et parum. Qui ergo
rei publice presunt legum similes sint que ad puniendum non iracundia sed
equitate ducuntur. In rebus etiam prosperis superbia etiam est arro-
gancia caveamus ut adversas res sic et secundas immoderate ferre
levitatis est. Preclara est equabilitas in omni vita sicut sit idem sem-
per vultus eadem frons sicut de Socrate dicunt. Cavendum est etiam ne assen-
tatoribus sive adulatoribus aures patefaciamus neque nos falli fa-
cile est. Tales enim nos putamus ut iure laudemur ex quo nascuntur in-
numerabiles opinionibus et in maxima peccata et maximos errores dedimus.
Sunt quidam homines non re sed nomine. De [illegible]. ix
Videndum est ut quibus rebus nichil prendamus sed studia nostre
cuius regula metiamur. Nec enim attinet nature repugnare nec quicquam
sequi quod non queas assequi. Id maxime quemque decet quod
maxime suum est. [illegible] que nimis delectet magis consuet
sapientes [illegible] quam repente precidere. Luxuria cum omni etati
turpis est tum senibus maxime fedissima est. Peregrini autem atque incole officium
est nichil preter negocium suum agere nichil de alio inquirere minimeque
esse in aliena re p. curiosum. Ornatus corporis adhibenda est mundicia
non odiosa nec exquisita nimis sed tantum que fugiat agrestem et inhumanam negli-
gentiam. [illegible] et mediocritas optima est. Cavendum est autem ne aut
ingressibus tarditatibus mollioribus utamur ut pomparum ferculis similes
videamur aut nimias celeritates in ~~festinatione~~ festinacione suscipiamus
in quibus est [illegible] in constancia. Sit vox loquentis dulcis et non gra-
ciosa nec languens nec canora videatur [illegible] de quibus rebus
loquamur. Si de seriis severitatem adhibeat si de iocosis leporem. Or-
nanda est dignitas domo non quesienda tota querenda est nec domo
dominus sed domino domus honestanda est. In domo clari hominis
hospites multi recipiendi sunt et admittenda hominum cuiusque generis
multitudo atque adhibenda est cura largitatis alioquin enim ampla domus
dedecori domino fit si est in ea solitudo et maxime si ab alio domino
solita est frequentari. Magnum est etiam cum opportunitatibus [illegible]. Ordinem
[illegible] quam dixi [illegible]. Tempore et [illegible]
in re [illegible] in hoc sermone. Quemadmodum ergo in
[illegible] constancia sit in vita omnia apta sint inter se et in convenie-
ncia [illegible] delicta non multi intelligi possunt
ab hiis diligencius est declinandum. Si enim in organis musicis [illegible]
nisi paululum discrepet videatur [illegible] in omnibus discrepet [illegible]
ordinis [illegible] convenientia in ~~[illegible]~~ actionibus nostris adhibenda
est quia maior et melior est actionum quam sonorum concentus. De
[illegible] quos sit ut [illegible] in aliis qui in [illegible]
[illegible] Illiberales et sordidi sunt questus mercenariorum omniumque
opera non quorum artes emuntur. Est enim illis ipsa merces

auctoramento servitutis. Sordidi etiam sunt qui mercantur a mercato
ribus quod statim vendant nichil enim proficiunt nisi admodum mentiantur.
Minimeque artes probande sunt que ministre sunt voluptatum
ut quas exercent lanii piscatores coqui fartores et etiam unguen
tarii saltatores ludique talarius. Quibus autem artibus aut prudentia
maior inest aut non mediocris utilitas queritur ut medicina archi
tectura et doctrina rerum honestarum hec quidem honeste sunt hiis
quorum ordini conveniunt. Mercatura autem si tenuis est sordida
putanda est. Omnium autem rerum ex quibus aliquid acquiritur nichil est agricul
tura melius nichil uberius nichil dulcius nichil homine libero dignius.
Omne autem officium quod ad coniunctionem hominum et ad societatem tuendam
valet anteponendum est illi officio quod ex cognitione et scientia continetur. Est
enim humane vite aptius et utilius. Magnitudo animi remota commu
nitate coniunctioneque humana feritas quedam est et immanitas. Idem
in secundo libro. De offi. x. adipiscimur conspiratione hominum atque co
sensu magnas utilitates sensu sit nulla tam detestabilis pestis
est que homini ab homine non nascatur. Malum se est res quod cum vir
tute effici debet id pecunia temptatur. Quia commune quod honestum
decorumque dicimus per nos placet animosque omnium natura sua commovet
aditos illos in quibus hec ... remota animadvertimus ipsa diligere cogimur atque
quod quidem est causa diligendi coniunctissima. Nemo iustus esse potest qui mor
tem qui dolorem qui egestatem timet aut qui ea que hiis contraria sunt equi
tati anteponit. Tanta est iusticie vis ut ne illi quidem qui maleficio
et scelere pascuntur sine ulla eius particula vivere possint. Nam et
princeps latronum nisi equaliter predam dispertiat aut interficietur
a sociis aut relinquetur. Omnia ficta celeriter tamquam flosculi deci
dunt nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. Cum vero iusticie
gloriam adepti sunt multum iusticie singularibus officiis. Prima adolescen
tibus commendatio proficiscitur a modestia tum pietate in parentes tum in suos beni
volentia. Facillime et in optimam partem cognoscuntur adolescentes qui
se ad sapientes et claros viros bene consulentes reipublice contulerunt
et cum hiis assiduus sit. Iudicis est semper in causis verum sequi. Be
neficentie ac liberalitatis duplex est ratio aut enim opera impenditur
in indigentibus aut pecunia. Facilior quidem est posterior locupleti presertim
sed prima lautior ac splendidior et viro forti claroque dignior
ac pluribus utilior. Nam prima ex archa secunda ex virtute depromitur
et ipse qui pecunie beneficium accipit deterior inde fit atque ad idem
semper expectandum paratior. Nec ita claudenda est res familiaris
ut eam benignitas aperire non possit nec ita reseranda ut pateat om
nibus. Omnino duplex largitionum genus est aut enim nocive est aut utile. Et
in hiis ipsis mediocritatis regula servanda est. Tenuitas non remota
gravissima est liberalitas. Nam mira liberalis bonitas quam omnes perfugium
est. Nec uno modo in disparibus causis affecti esse debemus dispensator
enim magis est benignitas in calamitosos nisi forte calamitate dig
ni sunt. Non tantum autem viro liberali in dando esse munificum sed etiam in exigen
do non acerbum in omnique re contrahenda vendendo emendo con

vendendo locando facilem cedentem multa de multis de iure suo cedentem a liti-
bus quantum liceat abhorrentem. Tuenda est tamen res familiaris quam
quidem dilabi sinere flagitiosum est sed ita ut illiberalitatis et avaricie absit
suspicio. Decore valde patent domus illustrium virorum illustribus hospitibus.
In beneficiis collocandis mores hominum non fortuna spectari honesta res
est. Sed quis est tandem qui inopis et optimi viri causam non anteponat
gracie viri fortunati et potentis a quo non videtur remunerandus fore? Prope
dicior atque celerior nostra voluntas est propensior [illegible] imbe-
cilles sunt et depravati ad iudicandum diviciarum. Nullum vicium detestabilius est quam ava-
ricia presertim in principibus et rem publicam gubernantibus. Habere enim questui rem publicam non modo turpe est
sed et sceleratum et nefarium. In illo Cesare tanta peccandi libido fu-
it ut quod ipsum peccare cum delectaret etiam si causa non esset. De ocio cap. xi
Publium Scipionem scripsit Cato dicere solitum numquam se minus ociosum
esse quam cum ociosus, numquam minus solum quam cum solus esset. Magnifica
vero vox et magno viro et sapiente digna que declarat illum et in ocio de
negociis cogitare et in solitudine secum loqui solitum. Due itaque
res que languorem afferunt ceteris illum acuebant, scilicet ocium et
solitudo. Detrahere aliquid alteri et hominem hominis incommodo suum
augere commodum magis est contra naturam quam mors. Sicut enim si unum-
quodque corporis membrum hoc sensum haberet ut posse putaret se valere si pro-
ximi membri valitudinem ad se traxisset, debilitari et interire totum
corpus necesse esset, sic unusquisque nostrum si ad se rapiat commoda alio-
rum detrahatque cuique possit emolumenti sui gratia, societas hominum et communitas
evertatur necesse est. Multo magis est secundum naturam magnitudo animi et iusticia et
liberalitas quam voluptas vita divicie. Magis quoque est secundum naturam pro
omnibus gentibus si fieri possit conservandis atque iuvandis maximos labo-
res molestiasque suscipere quam vivere in solitudine non solum sine ullis
molestiis sed et in voluptatibus maximis cum omnium rerum copiis. Er-
rat qui vicia ullius corporis aut fortune viciis animi comparat.
Homo naturę obediens homini nocere non potest. Una est omnibus proposita
ut eadem sit utilitas uniuscuiusque et universorum. Societatis arctissimum
vinculum est [illegible] magis contra naturam esse hominem homini aliquid
detrahere sui commodi sui causa quam omnia incommoda subire. Iu-
sticia est una omnium domina et regina virtutum. Sicut quedam membra
amputantur si languent et tamquam spiritu carere ceperunt ne noceant
reliquis partibus corporis sic ista hominis feritas et immani-
tas belue a communi humanitate segreganda est. Nichil tam [illegible] nam
est quam utilitas sed contra [illegible] turpitudo esse non potest. Qui de-
liberant utrum id quod honestum videtur sequantur an scientes scelere se
contaminent et si ad id quod deliberant non perveniunt in ipsa dubitatio-
ne facinoris convincuntur. Ea enim deliberanda omnino non sunt in quibus
turpissima ipsa deliberacio. Certe si omnes deos hominesque celare pos-
simus nichil tamen avare nichil iniuste nichil libidinose faciendum est.
In amiciciis maxime perturbantur officia quibus De ocio cap. xii
et non tribuendo quod recte possis et tribuendo quod non sit equum contra offi-
cium est. Honores et divicie et voluptates cetera huiusmodi
que videntur utilia nunquam amicicie anteponenda sunt. At neque

contra r. p. neque contra iusiurandum ac fidem amici causa vir bonus
faciet. Et si iudex sit de ipso amico. Ponit enim personam amici
cum induit iudicis. Sed tantum dabit amicicie ut amici causam malit
esse veram et ut moderate litis tempus quo ad leges permiserint
accommodet. Cum autem iuramento sententia dicenda sit meminerit se
deum testem adhibere. Si omnia facienda sint que amici velint non ami
cicie tales sed coniurationes putande sint. Cum ipsum quod utile videtur
in amicicia cum eo quod honestum est comparatur iaceat utilitas, prevale
at honestas. Cum autem in amicicia que honesta non sunt postulantur
religio et fides anteponantur amicicie. Nam nichil quod maxime
omnes debemus sepe vanitas et credulitas. Omnes aliud agen
tes et aliud simulantes perfidi sunt, improbi et malitiosi. Nullum
igitur eorum factum utile esse potest cum tot sit vitiis inquinatum. Col
lendum est bonis ... nec mendacem tam emptor quam
venditor si ad licitandum venit non plus quam semel eloquatur.
Vir bonus ... nichil cuiquam quod ipse sibi asciscat detrahet.
Bonus vir non modo facere sed nec cogitare quidem audebit quod
quod non audeat predicare. Quid interest utrum ex homine
quis in beluam se convertat an sub hominis figura immanitatem
belue gerat. Est etiam beluarum ... iurandi et cum hoste
sepe servanda sed non semper. Quod enim ita iuratum est ut mens conci
piens conciperet id fieri oportet. Quod autem aliter si non fecerit nullum
est periurium. Ut si predonibus vel piratis pro vita capitis precium
non attuleris nulla fraus est etiam si iuratus id non feceris.
Nam cum pirata non sit comprehensus numero hostium sed communis omnium hostis, cum hoc nec fides nec
iusiurandum esse debet commune. Non enim falsum iurare periurare est
sed quod ex animi tui sententia iuraveris sicut verbis concipitur id non facere
periurium est. Nec illa quidem promissa servanda sunt que his quibus promiseris
inutilia sunt quibus illa promiseris. Perverunt homines ea que
sunt fundamenta nature cum utilitatem ab honestate seiungunt. Omnes
enim expetimus utilitatem ad eamque rapimur. In iure iurando non
quis metus sed quid sit vis debet intelligi. Est enim iusiurandum af
firmatio religiosa. Quod ergo affirmate quasi deo teste promiseris
id tenendum est. Idem in libro de amicicia. Flosculi eiusdem de ami
a   micicia omnibus rebus humanis preponenda est. Tractatus xiii.
Nichil enim est tam nature aptum tamque conveniens ad res secundas
vel adversas. Sed hoc primum sentio amiciciam nisi in bonis esse non
posse. Negant enim quemquam esse virum bonum nisi sapientem.
Sed illam sapientiam interpretantur quam adhuc mortalis
nemo est assecutus. Illos bonos viros appellandos putemus qui
assequuntur quantum homines possunt. Nam optimam bene vivendi
ducem. Quanta sit vis amicicie ex hoc intelligi potest quod ex infi
nita societate generis humani quam conciliavit ipsa natura ita con
tracta res est et adducta in angustum ut omnis caritas

inter duos vel inter paucos coniungitur. Est autem amicicia nichil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benivolencia et caritate consensio. Qui non potest esse vita vitalis que non in amici mutua benivolencia conquiescit. Quid enim dulcius quam habere cum quo audeas sic loqui ut tecum. Quis esset tantus fructus in prosperis rebus nisi haberes qui illis eque ut tu gauderet. Adversas vero ferre difficile esset sine eo qui illas gravius etiam quam tu ferret. Et secundas res facit amicicia splendidiores et adversas partiens communicansque leviores. Nichil est virtute amabilius nichil quod magis alliciat ad diligendum quippe cum propter virtutem et probitatem eciam eos quos numquam vidimus diligamus. Scipio vero difficillimum esse dicebat quam amiciciam usque ad extremum vite diem permanere. Quidam enim cum devinciuntur conditione uxoria vel alterius commodi quod idem adipisci utrique non potest. Pestem vero nullam esse maiorem amiciciis quam in plerisque pecunie cupiditatem in optimis quibusque certamen honoris et glorie ex quo inimicitias maximas sepe inter amicissimos extitisse videmus.

Nulla est excusacio peccati si amici causa peccaveris. Nam cum conciliatrix amicicie virtutis opinio fuerit difficile est amiciciam manere si a virtute defeceris. Quod si rectum statuerimus vel concedere amicis quicquid velint vel impetrare ab eis quicquid velimus perfecte quidem sapientes simus si nichil habeat res vicii. Hec igitur lex in amicicia sanciatur ut neque rogemus res turpes nec rogati faciamus. Turpis enim excusacio est et minime accipienda siquis contra rem publicam amici causa se fecisse fateatur. Precipiendum igitur bonis est ut si in huiusmodi amicicias ignari aliquo casu inciderint ne existiment ita se alligatos ut ab amicis in re publica peccantibus non discedant. Nec minor pena statuenda est hiis qui alterum secuti sunt quam hiis qui ipsi fuerint impietatis duces.

Nos in maiori cura esse qualis res publica post mortem nostram futura sit quam qualis hodie sit. Hec igitur prima lex amicicie sanciatur ut ab amicis honesta petamus et amicorum causa honesta faciamus. Consilium vero libere dare gaudeamus. Plurimum in amicicia amicorum bene suadencium valeat auctoritas. Bonos boni diligant asciscantque sibi quasi propinquitate sibi coniunctos atque natura.

Nichil est appetencius similium sui atque rapacius quam natura. In vera amicicia non tam utilitas parta per amicum quam amor ipse delectat. Amiciciarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio ita ut eciam si illa maneant que sunt quasi dona fortune tamen vita inculta et deserta ab amicis iocunda esse non possit. Multa que nostra causa numquam faceremus causa amicorum facimus. Que enim in nostris rebus inhoneste in amicorum fiunt honestissime ut precari pro amico indigno in aliquo debemus in nostri precio. Ieronimus de eodem .xviij.

mediam diffiniunt amiciciam paribus officiis et voluptatibus
Sed est quidem nimis exigue et exilis ad calculos vocare
amiciciam ut par sit racio acceptorum et datorum. Ditior enim et afflu-
encior videtur esse amicicie non observare restricte quis plus reddat
quam acceperit. Neque enim verendum est ne quid excidat aut ne quid
in terram defluat aut plus equo in amiciciam congeratur. Bo-
ni viri et sapientis est hec duo tenere in amicicia primum quod fictum
vel simulatum sit aperte enim odisse magis ingenui est quam fronte oc-
cultare sententiam. Deinde non solum allatas ab aliquo criminaciones re-
pellere sed ne ipsum quidem suspiciosum esse semper existimantem aliquid
ab amico esse violatum. Accedat huic debet suavitas quedam ser-
monum atque morum haud mediocre condimentum amicicie. Non est
negligenda fama nec mediocre telum ad res gerendas oportet existi-
mare benivolenciam civium quam blandiciis et assentando colli-
gere turpe est. Vere amicicie difficillime reperiuntur in hiis qui in
honoribus rei publice versantur. Ubi enim invenias qui honorem amici
suo anteponat. Firmamentum stabilitatis constancie quam in
amicicia querimus fides est. Veterrima queque ut amicicia sicut
vinum vetus debent esse suavissima. Maxima enim est vis ve-
tustatis et consuetudinis. Odiosum sane genus hominum officia ex-
probrancium que meminisse debet is in quem collata sunt non
commemorare qui contulit. Hii qui superiores sunt submittere se
debent in amicicia sic quodammodo inferiores extollere. Dispa-
res mores disparia studia disparia studia sequuntur quorum
dissimilitudo dissociat amicicias nec ob ullam aliam causam
boni improbis et improbi bonis amici esse non possunt nisi quia
tanta est inter eos quanta maxima potest esse studiorum distancia
Erumpunt sepe vicia amicorum tum in ipsos amicos tum in
alienos quorum tamen ad amicos redundat infamia. Tales
amicicie sunt remissione usus eluende et dissuende magis
quam discindende. Cavendum est ne non solum amicicie
deposite sed et inimicicie suscepte videantur. Nichil enim tur-
pius quam cum eo bellum gerere cum quo familiariter vixeris
hec autem dico nisi quedam admodum intollerabilis exarserit
iniuria ut neque rectum neque honestum sit nec fieri possit ut
non statim alienacio disiunctioque facienda sit. Sic conficiat
amicorum discidia si magis sit ut extincte potius amicicie
quam oppresse videantur. Et sit honor veteri amicicie tribu-
endus est ut in culpa sit is qui faciat non qui paciatur in-
iuriam. Quamquam autem communis error diligere maxime
eos nec indignos. Digni autem sunt amicicia quibus in ipsis est
causa cur diligantur. Rarum genus est equidem
omnia preclara rara nec quicquam difficilius est quam re-
perire quod sit omni ex parte in suo genere perfectum ipse hec

se ipsum diligit propterea non ut aliquam a se ipso mercedem exigat ca-
ritatis sue sed nisi in amicitiam idem transferatur verus amicus numquam
reperietur. Est enim verus amicus tamquam alter idem. Si quanto magis in
ipso vero prius bono homine et se ipsum propterea diligit deinde alterum
similem sui querit cuius animum ita cum suo misceat ut paene ef-
ficiat unum ex duobus. [illegible] de eodem. xvi. [illegible]

In talibus autem stabilitas amicitie confirmari potest qui benivolen-
tia primum cupiditatibus quibus ceteri serviunt imperabunt deinde
equitate iustitia gaudebunt omnia quod alter pro altero suscipiet neque quic-
quam nisi rectum et honestum alter ab altero petit ac solum colent se i-
nter se et diligent sed etiam verecundia colit [illegible] Itaque in
hiis error est qui existimat libidinum peccatorumque omnium in amicitia
patere licentiam. Virtutum enim amicitia adiutrix a natura data est non
viciorum comes ut quoniam solitaria non posset virtus ad ea que summa
sunt pervenire coniuncta et consociata cum altera perveniret. Si quis deus
nos ex hominum frequencia tolleret et in solitudine uspiam collocaret
atque ibi suppeditans omnium rerum quas natura desiderat copiam hominis
vero aspiciendi eriperet potestatem quis tam ferreus esset qui hanc
vitam ferre posset cuique non auferret voluptatum omnium fructum
solitudo. Natura enim nichil solitarium amat. Unde verum est
quod ab Archita Tarentino ut opinor dici solitum a senibus nostris
senes audivi. Si quis in celum ascendisset naturamque mundi et
pulchritudinem siderum perspexisset insuavem illi fore admirationem
que iocundissima quidem fuisset si aliquem cui narraret habuisset.
Et monendi sepe amici sunt et obiurgandi sed tamen ut monitio
acerbitate et obiurgatio contumelia careat. Et hec amice accipien-
da sunt cum benivole fiunt. Sed nescio quomodo verum est quod in An-
dria familiaris meus dicit Terencius. Obsequium amicos veritas
odium parit. Molesta est veritas siquidem ex ea nascitur odium quod est
venenum amicitie. Sed obsequium multo molestius quod peccatis
indulgens precipitem amicum ferri sinit. Maxima autem in eo
culpa est qui et veritatem aspernatur et in fraudem obsequio im-
pellitur. Cuius autem aures veritati clause sunt ut ab amico verum
audire nequeant huius salus desperanda est. Et monere igitur
et moneri proprium est vere amicicie et alterum libere facere non aspere al-
terum patienter accipere. Secundum est nullam in amicitiis pestem esse ma-
iorem quam adulationem que est vicium hominum levium
ac fallacium ad voluptatem omnia loquentium nichil ad veritatem. Om-
nino est amans sui virtus optime enim se ipsa novit quamque
amabilis sit intelligit. Omnium rerum simulatio viciosa est tollit
enim iudicium veri. Nam cum in hiis vis amicicie consistat ut unus
quasi animus ex pluribus fiat quomodo id fieri poterit si ne in uno

vinus animus est varius et commutabilis et multiplex. Nulla
est amicitia cum alter verum non vult audire alter ad mentiendum
paratus est. Aperte quidem adulantem nemo non videt nisi qui admodum
excors est. Sed callidus et occultus non facile agnoscitur
quippe qui et adversando sepe assentatur et litigare se simulans
blanditur atque ad extremum dat manus vincique se patitur ut
is qui illusus sit plus vidisse videatur. Omnia brevia tolera-
bilia esse debent etsi magna sunt. Idem in libro de senectute. Flo-
res Tullii eiusdem de senectute
auta in e senibus stulticias in [illegible]
Constantia atque gravitas quod omnes eam ut adipiscantur xvi
optant eandem adepti accusant. Senectus quiete et pure atque
eleganter acte etatis placida et lenis est senectus. Nam ipsa
bene acte vite multorumque beneficiorum recordatio iocundissima est.
Temeritas florentis etatis prudentia autem senescentis. Unde qui
legere aut audire antiqua volunt maximas res publicas ab adolescen-
tibus labefactas a senibus autem sustentatas et restitutas reperient. Nemo
tamen senex est qui se vivere annum posse non putat. Non viribus
aut velocitate corporum res magne geruntur sed consilio auctoritate
et sententia. Decorus est sermo senis quietus et remissus facitque
per se ipsa sibi audientiam diserti senis compta et mitis oratio. Ipsa
defectio virium adolescentie vitiis efficitur sepius quam senectu-
tis. Libidinosa enim et intemperans adolescentia effetum corpus tradit
senectuti. Ut contra morbum sic contra senectutem pugnandum est et
habenda ratio valitudinis utendum exercitationibus modicis
et tantum cibi ac potus adhibendum ut vires reficiantur non
opprimantur. Ut enim petulantia et intemperantia et in senectute aliquorum
pessimi vultus consuevit. Nec corpori tantum subveniendum est sed
animo multo magis. Nam quod senes dicunt stultos credulos
obliviosos et dissolutos non sunt hec vicia senectutis sed inertis
ignavie ac somniculose senectutis. Sicut enim petulantia
et libido magis est adolescentium quam senum nec tamen adole-
scentium sed improborum sic in senibus stulticia que deliratio dicitur
senum est non omnium sed levium. Senectus honesta est si ius suum
retinuit. Sicut adolescentem in quo est senile aliquid sic et senem
in quo est adolescentis aliquid probo quod qui sequitur corpore senex esse
poterit animo nunquam. In studiis laboribusque viventibus non
intelligitur quando obrepit senectus. Ita sensim sine sensu etas
senescit nec subito frangitur sed diuturnitate extinguitur. O precla-
rum munus etatis siquidem aufert nobis quod est in adolescentia
vitiosissimum scilicet libidines corporis. Impedit consilium voluptas rationi
inimica ac mentis oculos perstringit nec ullum cum virtute
commercium. Quapropter avaritia senilis odiosum et molestum est ca-
rere. Satiatis vero et expletis iocundius est carere quam frui

Quanta illa sunt que affert senectus animo tamquam emeritis
stipendijs libidinis ambicionis contencionis et inimiciciarum cu-
piditatum omnium secum esse secum vivere. Si vero habet aliquod pabulum
sicut studijs atque doctrine nichil ociosa senectute iocundius. Venio
ad voluptates agricolarum quibus ego hic incredibiliter delector que nec
ulla impediuntur senectute et mihi ad sapientis vitam proxime
videntur. Habent enim racionem cum terra que nunquam recusat imperium
nec unquam sine usura reddit quod accepit agroque cultu et bene
culto nichil potest esse uberius nec specie ornatius. Ille de senectute XVII
Apex senectutis est auctoritas velud in senatu ut quisque eta-
te antecedit ita sua principatu valet. Non tamen cani nec
ruge auctoritatem repente arripere possunt sed honeste acta supi-
or etas fructus capit auctoritatis extremos. Avaricia senilis
quid sibi velit non intelligo. Quid enim absurdius esse potest quam
quo minus restat vie eo plus viatici querere. At sperat
adolescens vel promittit se diu victurum. Quid enim stulcius quam
incerta pro certis habere. Sed enim est illa etas multo plures quam senec-
tus habet mortis casus. Facilius enim in morbos adolescentes
incidunt gravius egrotant tristius curantur. Inde est melioris
condicionis est senex quia quod sperat adolescens ipse consecutus
est. Ille vult diu vivere iste diu vixit. Quamquam michi quidem
nec diuturnum videtur quicquam in quo est aliquid extremum. Cum enim
id advenit tunc id quod preterijt effluxit. Hoc tantum remanet
quod virtute et recte factis quisque consecutus est. Mors est que contingit
adolescentibus adversante et repugnante natura. Contra que in seni-
bus mors venit tamquam sponte nulla vi adhibita. Et velut
Sicut ergo poma ex arboribus si cruda sunt vi avelluntur
si matura et cocta decidunt sic vitam adolescentibus vis
aufert senibus maturitas. Non est lugenda mors quam im-
mortalitas consequitur. Meditatio esse debet ab adolescencia ut mor-
2 tem negligamus sine qua meditacione tranquillo animo esse nemo
potest. Moriendum enim certe est et in quo tempore incertum. Omnium
rerum, dum sumus inclusi corporis compagibus, munere quodam necessitatis
gravi opere perfungimur. Est enim animus celestis ex altissimo
domicilio depressus et demersus in terram locum divine na-
ture eternitatique contrarium. Sapientissimus quisque equissimo animo
moritur nec eum vixisse penitet qui ita vixit ut non
frustra se natum existimet. Ex vita discedo tamquam
ex hospicio non ex domo. Commorandi enim diversorium natura
nobis dedit non habitandi. O preclarum diem cum ad illud divinum
animorum concilium cetumque proficiscar cumque ex hac turba et colluvione
discedam. Proficiscar enim ad viros sapientes et ad Catonem
meum Papirie cuius corpus ante crematum est quo nemo vir
melior natus est nemo pietate prestancior. Idem libro de oratore.

Memoria est thesaurus omnium rerum. Flosculi de oratore. xviij.

Magni et tristes mentis cogitationes et rebus adhibeatur ornata et si preclara sunt in oratione sunt quidem. Hoc uno maxime bestiis prestamus quod inter nos loquimur et sensus nostros exprimere possumus. Quis ergo hoc non iure non miretur et in eo elaborandum esse arbitretur ut in quo homines maxime bestiis, in hoc hominibus ipsis antecellat. Ingenium autem quod sollers motus et acres ad cogitandum et eloquendum maximam vim affert ad orandum. Quod ingenium est et in dicendo offenditur illud et ea que laudanda sunt obruit. Qui autem et optime dicunt maxime dicendi difficultatem variosque eventus orationis expectationemque hominum pertimescunt quod in multis advertere soleo et in me ipso et sepissime experior ut et ego albescam in principiis dicendi et tota mente atque artubus omnibus contremiscam.

Hystoria est temporum testis, lux veritatis, vita memorie, magistra vite, nuncia vetustatis. Idem in libro de paradoxis. Flosculi de paradoxis. xix.

Non expletur unquam neque satiatur sitis cupiditatis. Nec solum augendi qui habent libidine cruciantur homines sed etiam amittendi metu. Cui vir et deus vel natura animum dedit cum quo metus est perturbationis metus dummodo sit te ipse preter possessiones ut nichil aut te reparandum esse putes voluptas illos maiorem eo nunquam animo accedat sua reputatione commovent. Nichil est tam incredibile quod non dicendo fiat probabile, nichil tam horridum atque incultum quod non splendescat oratione. O qui te beatum qui te florentem putas te miserrime, te tue libidines torquent, tu dies noctesque cruciaris, cui nec satis est quod est et id ipsum ne non diuturnum sit times, te conscientie stimulant maleficiorum tuorum, te metus exanimant iudiciorum atque legum. Sicut in ipso consulto et certa et vere bene esse potest sic bonus vir et sapiens et fortis miser esse non potest. Non nostra eventis sed factis hominum metienda sunt. Nichil meum nec cuiusquam alienum est quod auferri vel amitti potest. Omnes sapientes liberi, omnes stulti servi. Qui liber imperabit qui non potest cupiditatibus suis imperare? Refrenet primum libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, avariciam coerceat, ceteras animi labes repellat, tunc incipiat imperare aliis cum ipse improbissimis dominis dedecori ac turpitudini parere desierit. Quid est libertas? Potestas vivendi ut velis. Quis autem vivit ut vult? Qui recte vivit, qui gaudet officio, qui ne legibus quidem propter metum paret sed eas sequitur et colit, qui nichil facit nichil dicit nichil cogitat nisi libenter ac libere. Soli igitur sapienti contingit ut nichil faciat invitus, nichil dolens, nichil coactus. Cum vero servitus sit obediencia fracti animi atque abiecti et arbitrio suo carentis, quis neget omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos? An quidem ille liber est cui mulier imperat, cui leges imponit, prescribit, iubet, vetat quod ei videtur, nec ille imperanti aliquid negare potest vel audet recusare? Ego istum non modo servum sed

etiam acquisiverit summum appellandum licet amplissima familia natus sit
Non estimatione census sed victu et cultu terminatur pecunie modus
non esse cupidum pecunia est contentum vero suis rebus esse maxime sunt
certissime que divicie. Si isti callidi rerum estimatores prata et areas
quasdam magni estimant quod huic generi possessionum minime noce-
ri non potest quia nec naufragio neque incendio amitti potest quanti
estimanda est virtus que nec eripi nec subripi potest que neque incendio
neque naufragio amittitur qua qui prediti sunt soli divites sunt
Soli enim possident res fructuosas et sempiternas soli quia
quod est proprium diviciarum rebus suis contenti sunt. Mors terribilis
est hiis quorum cum vita omnia extinguuntur non hiis quorum laus
emori non potest. Omnis animi debilitas et humilis et fracta timidi-
tas fugitur. Animum hominis non archa dives appellari
solet. Idem in philippica prima. Flosculi philippicarum cap. XX.
Vos nobiles magni quidam principes decet non pecuniam quidem
non opes violentas et magnitudinem innixe fundam potenciam
sed caritatem civium et gloriam concupisse. Idem in secunda. Quod est
aliud beneficium latronum nisi ut commemorare possint hiis dedisse
vitam quibus non ademerunt. Quales homines in turpissimis
rebus sunt tales si vero homines sunt interdum animis relaxantur.
Nullum est amatorum presidium caritate et benivolencia civium
septus esse septum non armis. Male parta male dilabuntur.
Nomen vero pacis dulce est et ipsa res salutaris sed est aliud quam turpis
la libertas. Sicut quidam morbo aliquo et stupore sensus suavi-
tatem cibi non sentiunt sic libidinosi avari et laudis gustum
non habent. Idem in quinta. Omnia alia incerta sunt caduca et mobilia
virtus est una altissimis infixa radicibus que nulla vi labefactari
potest neque dimoveri loco. Idem in vi. O nec male nascentis facile
opprimuntur inveterata plerumque fit robustius. Idem in viii. Turpis
fuga mortis omni morte peior est. Idem in xi. Maioris consilii
est providere ne quid triste accidat sed animi non minoris fortitu-
dinis ferre si evenerit. Quo maior est vis ad quam corporis. Sunt quidam
sunt mala que ad conspiciuntur qua que occulta fiunt. Miserior
ergo est qui ipse suscipit scelus quam qui alterius facinus suscipere
cogitur. Lex nichil aliud est quam recta et a numine deorum tracta
ratio imperans honesta prohibens contraria. Idem in xiii. Omnes
homines est errare nullius autem nisi insipientis in errore perseve-
rare. Posteriores enim cogitationes ut aiunt solent esse sapienciores
Optimus est portus penitenti mutacio consilii. Idem in xiii. Id licet
dicimus quod legibus quod more maiorum institutisque conceditur. Ne-
que enim quod quisque potest id ei licet aut nec si nemo obstat propter
ea permittitur. Idem in xiiii. Brevis autem nobis data est vita sed
memoria bene acte vite sempiterna si non esset longior quam hec
vita quis esset tam amens qui maximis laboribus et periculis
ad summam laudem gloriam que contenderet. Idem in prologo rethoricorum

Sapiencia sine eloquencia parum Flosculi rethoricorum · xxi ·
prodest eloquencia vero sine sapiencia nimium
obest. Cum homines multis in rebus humiliores et infirmiores sint
bestiis hoc maxime bestiis prestare videntur quod loqui possunt.
Quare preclarum mihi videtur quiddam adeptus qui in ea re hominibus
antecellat qua in re homines bestiis prestant. Item in rethorica
prima. Partes orationis rethorice sunt vi scilicet exordium narracio particio
confirmacio reprehensio conclusio. Exordium est oratio animum auditoris ydonee
comparans ad reliquam orationem quod eveniet si eum benivolum
attentum docilemque fecerit. Benivolentiam quattuor ex locis comparamus
ab nostra ab adversariorum et ab auditorum persona et a causa ipsa unde agitur.
Attentos auditores faciemus si ea que dicturi sumus nova et magna
et utilia esse demonstrabimus et nos breviter tamen magnam rem exposituros
pollicemur. Dociles vero faciemus si aperte ac breviter summam
cause exponimus. Cumque dociles velis facere simul et attentum
facias oportet. Nam is maxime docilis est qui attentissime
audire paratus est. Narracio est rerum gestarum aut ut gestarum
exposicio quam oportet habere tria scilicet ut sit brevis et probabilis et
aperta. Multos autem imitacio brevitatis decipit ut cum breves
se esse putant longissimi sunt. Id dant operam ut multas res
breviter dicant non ut paucas dicant. Particio illustris et perspicua
totam facit orationem huius partes sunt due una que quid cum adversariis
conveniat et quid in controversia relinquatur ostendit. Ex qua certum
quiddam designatur auditori in quo animum debeat habere occupatum.
Altera in qua earum rerum de quibus dicturi sumus breviter exposicio ponitur
distributa ex qua conficitur ut certas res animo teneat auditor quibus
dictis intelligat fore peroratum. Et hec debet habere tria scilicet absolucionem
et brevitatem et paucitatem. Confirmacio est per quam argumentando nostre cause
fidem et auctoritatem et firmamentum adiungit oratio. Reprehensio est per
quam argumentando adversariorum confirmacio diluitur aut infirmatur
aut alleviatur. Conclusio est totius orationis exitus et terminacio.
Rerum expetendarum tria sunt genera unum quod sua vi nos allicit
ad se non emolumento aliquo captans sed sua dignitate trahens
ut virtus scientia veritas. Aliud quod non propter suam vim et naturam sed propter
fructum et utilitatem petendum est ut pecunia. Tercium ex horum partibus
iunctum scilicet quod et sua vi ac dignitate nos ducit et prebet quandam
utilitatem quo magis expetatur ut amicicia. Item primo. Que sunt
honesta. Item secundo utilia. Item in ij.o ea que partem honestatis continet
partem utilitatis. Sed in meliorem partem vocabuli conferuntur et
honesta nominantur. Ex quibus conficitur ut appetendarum rerum partes sint
honestas et utilitas vitandarum autem turpitudo et inutilitas. Item
Honesti autem partes due sunt quarum altera De eodem l. xxij.
simplex altera iuncta vel una propter se et toto appetitur altera
composita parte propter se composita propter utilitatis fructum. Item primo. Que omnes
res una in atque uno nomine virtus amplectitur. Nam virtus est habitus

animi modo rationi consentaneus. Habet in se partes quattuor: prudentiam,
iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Prudentia est rerum bonarum et malarum
utrarumque scientia. Cuius partes sunt memoria, intelligentia, providentia. Memoria
est per quam animus repetit illa que fuerunt. Intelligentia est per quam
perspicit animus ea que sunt. Providentia est per quam futurum aliquid
videtur antequam factum est. Iustitia est habitus animi communi utilitate
conservata suam cuique tribuens dignitatem. Eius initium est a natura profectum,
deinde quedam in consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt, postea
res et a natura profectas et a consuetudine probatas legum me-
tus et religio sanxit. Ius nature est quod non opinio genuit, sed
quedam innata vis inseruit, ut religionem, pietatem, gratiam,
vindicationem, observantiam, veritatem. Religio est que superioris cuius-
dam nature, quam divinam vocant, curam cerimoniamque affert. Pi-
etas est per quam sanguine coniunctis patrieque benivolis officium et dili-
gens tribuitur cultus. Gratia est in qua amicitiarum et alterius
officiorum memoria et alterius remunerandi voluntas continetur. Vin-
dicatio est per quam vis et iniuria et omnino omne quod obfuturum est defendendo aut
ulciscendo propulsatur. Observantia est per quam etate aut sapientia
aut dignitate aliqua antecedentes veneramur et colimus. Veritas
est per quam operam damus ne quid aliter fiat aut fuit vel futurum
sit quam confirmamus. Ius consuetudinis est quod voluntate omnium sine
lege vetustas comprobavit. Cuius genus est pactum, par, iudicatum.
Pactum est quod inter aliquos convenit. Par quod inter omnes equabile
est. Iudicatum est de quo alicuius aut aliquorum sententiis iam constitutum
est. Ius legis est quod in scripto quod populo expositum est ut observetur
continetur. Fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum
perpessio. Cuius partes sunt magnificentia, fidentia, patientia, perse-
verantia. Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla
quadam et splendida propositione cogitatio atque administratio. Fidentia
est per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se
fiducie certa cum spe collocavit. Patientia est honestatis aut
utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna
perpessio. Perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua
permansio. Temperantia est rationis in libidinem atque in alios non
rectos impetus animi firma et moderata dominatio. Cuius partes sunt
continentia, clementia, modestia. Continentia est per quam cupiditas
consilii gubernatione regitur. Clementia est per quam animi temere in
odium alicuius in iniectionis concitati comitate retinentur. Modestia est per quam
pudor honestus claram et stabilem comparat auctoritatem. Hec omnia
propter se solum ut nihil addatur emolumenti appetenda sunt.

Honos alit artes omnes. Flosculi Tusculanarum [illegible]
que incenduntur ad studiorum gloria. Que melior [illegible]
natura quam eorum qui se natos ad homines iuvandos et
conservandos arbitrantur. Nemo umquam sine magna spe im-

mortalitas se pro patria offerret ad mortem. Et necessario quod inheret mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum id et in maximis ingeniis et altissimis animis et maxime existit et apparet facillime. Quo quidem dempto quis tam amens esset qui semper in laboribus et periculis viveret. Tuscor. primo libro. Et quamquam norit artem in hac se exercitat. Nulla est celeritas que possit cum animi celeritate contendere. Animus si permanet incorruptus suique similis necesse est ut ita feratur ut penetret et dividat omne celum hoc. Itaque ei demum sedes naturalis erit cum ad sui simile penetravit in quo nulla re egens aletur et sustentabitur eisdem rebus quibus astra sustentantur. Cumque corporis facibus admoveri cupiditatibus inflammari soleamus profecto beati erimus cum corporibus relictis et cupiditatum et emulationum erimus expertes. Quodque nunc facimus tum multo magis faciemus libere ut nos in contemplandis rebus perspiciendisque ponamus. Quoniam natura inest in mentibus nostris insatiabilis quedam cupiditas veri videndi quam precipue fruentur qui tum etiam cum has terras incolentes caligine circumfusi erant tamen acie mentis dispicere cupiebant. Tota philosophorum vita ut ait tota commentatio mortis est. Nam quid aliud agimus cum a voluptate id est a corpore cum a re familiari que est ministra corporis et famula cum a re publica negotiis omnibus sevocamus animum nisi ipsum animum advocamus maximeque a corpore abducimus. Secernere autem a corpore animum nec quicquam aliud est quam mori discere. Hoc commentemur nos a corpore seiungamus id est mori consuescamus. Magni refert quali in corpore locati sint. Multa enim e corpore existunt que acuant mentem multa que obtundant. Unde Aristoteles ait omnes ingeniosos esse melancolicos ut ego me tardiorem esse non moleste feram. Idem in primo libro. Iterum de eodem libro. xxv.

Ut enim necesse est mori et quia nihil mortis est quod sit timendum mortem non timet magnum sibi presidium ad beatam vitam comparat. Consuetudinis maxima vis est. Idem in iii° libro. Natura parvulos dedit nobis igniculos quos celeriter malis moribus opinionibusque depravati sic restinguimus ut nusquam nature lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum que si adolescere liceret ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem simul atque editi in lucem et suscepti sumus in omni continuo pravitate et opinionum perversitate versamur ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Homo qui in summa vanitate versatur nullam effigiem eminentis virtutis sed adumbratam ymaginem glorie consectatur. Est enim gloria solida quedam res et expressa non adumbrata. Ea est consentiens laus bonorum vox incorrupta bene iudicantium de excellente virtute. Ea virtuti resonat tamquam ymago glorie. Nam quia

recte factorum comes et ideo a bonis viris repudianda. Illa autem que se imitatricem eius esse vult temeraria atque inconsiderata et plerumque vitiorum laudatrix fama popularis simulatione honestatis formam eius corrumpit. Animus est ut ait Tullius semper curat hec pati ac perpeti et cupere nunquam desinit. Quemadmodum misericordia est egritudo ex alterius rebus adversis sic invidentia egritudo ex alterius rebus secundis. Stultitie proprium est aliorum vicia cernere suorum oblivisci. Idem in libro iiii° De q. tu. xxvi.

Amplissima omnium artium est bene vivendi disciplina quam vita hominis quam libris quidam persecuti sunt. Natura omnes ea que bona videntur sequuntur fugiuntque contraria. Voluntas est que quid cum ratione desiderat. Hec autem cum stoici diffiniunt quam putant esse in solo sapiente. Que autem ratione adversa vehementius incitata est libido vel cupiditas est effrenata que in omnibus stultis invenitur. Metus est opinio impendentis mali quod intollerabile esse videtur que facit recessum quendam animi et fugam. Opinatio est imbecilla assensio. Invidentia est egritudo suscepta propter alterius res secundas que nichil noceant invidenti. Misericordia est egritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Desperatio est egritudo sine ulla rerum expectatione meliorum. Pigritia est metus consequentis laboris. Malivolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Ira est libido puniendi eius qui lesisse videatur iniuriam. Odium est ira inveterata. Inimicitia ira ulciscendi tempus observans. Discordia est ira acerbior intimo odio et corde concepta. Omnium perturbationum fontem dicunt esse intemperantiam que est a tota mente defectio sic aversa a prescriptione rationis ut nullo modo appetitiones animi contineri et regi queant. Avaritia est opinio vehemens de pecunia quasi valde expetenda sit inherens insita. Fortitudo est affectio animi legi summe in perpetiendo obtemperans vel conservatio stabilis iudicii in eis rebus que formidolose videntur subeundis vel repellendis vel scientia rerum formidolosarum contrariarumque aut omnino negligendarum conservans earum stabile iudicium vel brevius ut ait Crisippus fortitudo est scientia rerum perferendarum vel affectio animi in patiendo ac perferendo summe legi sine timore parens. Flagicii principium est ut ait Ennius nudare inter cives corpora. Idem in v° libro D. q. xxvii.

Non sunt ea bona dicenda nec habenda quibus abundantem licet esse miserrimum. Tardis mentibus virtus non facile committitur. Sapientis proprium est nichil quod penitere possit facere nichil invitum sed splendide constanter graviter honeste omnia nichil expectare ita quasi certo futurum vel cum acciderit admirari sibi stare iudicans. Stoici a sine bonorum esse senserunt congruenter nature et cum ea convenienter vivere. Si quidam esset suaviora non desiderat cum multa exeria

a lonbus quam gignuntur. et facili copia cum prauitate continencia ad de-
integritatem valitudinis que continencia in victu consequimur. et ho-
sudantes ructantes refertos epulis tamquam opimos boues tunc
intelliges qui voluptatem maxime sequuntur. eos minime consequi. Q(uo)d
dulcius ocio litterato. V(ehe)mentius fame aut demostenes qui illo
susurro delectari se dicebat consistentis mulierculae ut mos est in
grecia. Hic est ille demostenes. Quid hic leuius. Hic orator ille
tantus apud alios vero loqui didicerat non multum apud se. Idem
de legibus libro 1°. De legibus et de fine boni et mali xxviii.
Lex est ratio summa insita in natura que iubet ea que facienda
sunt prohibetque contraria. Nihil probabilius quam plane intelligi
nos ad iusticiam esse natos neque opinione sed natura constitutum esse
ius. Si quo modo natura sit iudicio homines humani nichil a se alienum
putarent coleretur ius equale ab omnibus. Sed tanta est corruptio
male consuetudinis ut ab ea extinguantur tamquam igniculi a natura da-
ti et consurgunt vicia contraria. Lex est ratio recta imperandi atque prohi-
bendi quam qui ignorat iniustus est sine scripta sit uspiam
sine nusquam. Iusticia est obtemperacio legibus scriptis institutisque populorum.
Virtus est perfecta ratio quod certe in natura est. Stultissimum est
iusticiam metiri non quidem. Non est boni viri errare et diligere
quod per se non est diligendum. Idem in 2° libro. Hanc video sapien-
tissimorum fuisse sententiam legem neque hominum ingeniis excogitatam
nec scitum esse aliquod populorum sed eternum quoddam quod vniuersum
mundum regeret imperandi prohibendique sapiencia. Ita principem legem
illam et vltimam esse dicebat omnia ratione aut cogentis aut vetan-
tis dei ex qua illa lex quam dii humano generi dederunt recte lau-
danda est. Idem in 3° libro. Et qui bene imperat paruerit
aliquando necesse est et qui modeste paret videtur qui aliquando imperare di-
gnus esse. Idem de fine boni et mali libro 1°. Nemo voluptatem
quia voluptas sit aspernatur aut dolorem quia dolor est consec-
tatur. Denique aut voluptates omittantur maiorum voluptatum
adipiscendarum causa dolores suscipiantur maiorum dolorum effugi-
endorum gratia. Idem in 2°. Omnia officia eo referri oportet
ut adipiscamur principia nature. Idem in 4° libro. Tota volup-
tas multis obscuratur in vita voluntaria. Idem in 5° libro.
Virtus racionis absolucio diffinitur. Idem de natura deorum libro 1°.
Multa sunt in commoda in De ceteris libris eius. xxix.
Multa que sapientes commodorum compensacione leniunt stulti ne-
vitare nouerunt nec ferre poterint possunt. Omnibus fere in rebus
quid non sit citius quam quid sit dicimus. Egyptii nullam
beluam nisi ob aliquam vtilitatem quam ex ea caperent consecrauerunt.
Nichil est virtute amabilius quam qui adeptus fuerit vbicumque
genitus erit a nobis diligetur. Amiciciam si ad fructum nostrum re-
ferimus et non ad illius commodum quem diligimus non erit
amicicia sed mercatura quedam vtilitatum suarum comparata et

avia et prodiges qui amo diligunt quod omnibus fructus capiunt. Honum autem
caritas gratuita est. Idem in primo li. Crimen tamen perfectionis est celestia
contemplari quam esse aliquid animum perstantissimum duxit quos negant.
Ad considerandum qualis sit natura deorum nil difficilius quam assuetudine
oculorum aciem mentis abducere. Idem in primo li. Veritatis tot appel
lo quos celeris amicos usquam. Idem de divinatione li. primo. Omnibus
in rebus temeritas in assenciendo errorque turpis est. Omnis quos mor
tis colligavit eorum tamquam animo perspicere possunt nichil certo fal
lent. Idem in 2º. Omnium rerum ignoratio in re nova ammiracionem
facit. Quod autem crebro videt quis non miratur. Et si cur fiat ne
scit. Idem de fato. Ad animorum motus voluntarios non est requi
renda externa causa. Motus enim voluntarius eam naturam continet in se
ut sit in nostra potestate nobisque pareat. Idem de creacione mundi.
Parentem mundi. Hoc in hominibus difficile est et cum iam quis eum
invenerit indicare in vulgus nefas est. Idem in dialogo ad hor
tensium. Omnis cognicio multis est obstructa difficultatibus
et in ipsis rebus obscuritas et in iudiciis nostris infirmitas
est animorum ingeniorum quod naturale est pabulum quoddam contemplacio nature.
Nulla virtus est ex se que non gratuita sit. Et cum quod voluptate quadam
inducti aliqua ad officium impelluntur non est virtus sed fallax quedam
imitatrix ac simulatrix virtutis. Idem de perfectione oracionis.
Omnia que vera lumina oracionis sunt probabile dilucidum breve
probabile illustre suave. Idem de karthaginensibus. Inepte quis
ille nondum fortunatus est contemnit salute. Sicut in oracione sua pro marcello. De ora
ad amorem pacem ad omnes quod adipiscuntur leticia provenit. tionibus ciceronis. xxx.
tantum vis est que non ferro et viribus debilitari. Nulla
quod possit animum vincere iracundiam cohibere victoriam temperare frangi
adversarium non modo extollere iacentem sed eciam amplificare eius
pristinam dignitatem. Hec qui facit non ego summis viris compa
ro sed simillimum deo iudico. Iracundia consilio inimica est victo
ria insolens ac superba est. Ipsam victoriam vicisse videris
cum ea que illa adepta est victis remisisti. Idem in oracione
pro ligario. Nichil tam populare quam bonitas. Nulla de vir
tutibus plurimis admirabilior nec gracior misericordia. Homines enim ad deos
nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando. Nichil habet
fortuna maius quam ut possit nec natura melius quam ut ve
lit servare quam plurimos. Idem pro deiotaro. Nemo servare quem
plurimos est qui sui proprie inducere non sibi se egnorem quem vos
probat. Idem pro cluentio quem meruit in corde. Officium liberale
est servare beneficium ut possis amicorum fidei fructum. Nemo
tam facinorosa iuventute est vita ut non eum iudicium primus

suis quietem quam suppliciis addicunt. Maiorum autem nostri multum fla-
gitia pretiis tegunt. Sed obstinato animo contumacia et magis ob-
ducta ut curiosis oculis perspici non possit. Quis unquam tam con-
scelus in aliquo fuit ut possit eum aut morte aut exilio supplicare.
Parentes fructum negligamus posteritatis glorie serviamus spemque
quod accidit feramus. Idem pro Caelio. Illud de te admonitum
volo prius ut qualis est iam te hominis ex existimet et ut
quantum avarus turpitudine labes tanto te [illegible] libertate se
iugabis deinde [illegible] que ad te [illegible] sint
[illegible]. Idem de Catilina. Iterum de eodem xxxi.

Habuit ille permulta maximarum non expressa signa sed adumbra-
ta virtutum utebatur hominibus improbis et quidem optimis viris
se deditum esse simulabat. Neque tale monstrum umquam ullum fuisse
puto tam contrariis diversisque et inter se pugnantibus nature studiis cu-
piditatibusque conflatum. Quis cum clarioribus viris quodam tempore iucun-
dior. Quis turpioribus coniunctior. Quis civis aliquando melior.
Quis hostis civitati tetrior. Quis in voluptatibus inquinatior.
Quis in laboribus patientior. Quis in rapacitate avarior. Quis in
largitione. Illud quoque in eo erat mirabile namque versare suam naturam et regere
ad tempus atque huc et illuc torquere et flectere cum tristibus et severe
cum remissis iucunde cum senibus graviter cum iuventute comiter cum
facinorosis audacter cum libidinosis luxuriose vivebat. Multos vi-
di tandem qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent se ad
frugem bonam recepisse graves et homines atque illustres fuis-
se. O magna vis veritatis que contra omnium ingenia calliditatem
sollertiam contra fictas omnium insidias facile se per se ipsam de-
fendit. Idem ad Quirites post reditum. Bona valitudo iocundior
est his qui gravi morbo recreati sunt quam illis qui numquam
egro corpore fuerunt. Omnia etiam desiderata magis quam assidue per-
cepta delectant. Idem pro domo sua. Est quidam modus religionis
divine et superstitionem non optat. Magna sunt que et nobilita-
tis non virtutis atque ingenii sed fortune et temporum munera quorum non
tam facultas et copia contendenda est quam impetrando vel re-
tinendo [illegible]. Idem de provinciis consularibus. Non enim is solum gra-
tus debet esse qui accepit beneficium sed etiam is cui potestas accipiendi
fuit. Idem de responsis aruspicum. Maior est vis in omni sta-
tu [illegible] quam si animo oculos non [illegible]. Idem pro Corne-
lio Balbo. Est hoc vitii malitia quedam atque labes vitii vel-
le minuere [illegible] florum dignitatis infringere. Usus assiduus
uni rei deditus et ingenium et artem sepe vincit. Idem in invec-
tiva in Catilinam priorem. Iam tecum sic loquar ut non odio
permotus videar quo debeo sed ut misericordia que tibi nulla debetur.
[illegible] ut aut pudor a turpitudine aut metus a peri-
culo aut ratio a furore te revocaverit. Idem in eadem absentem

Non intelligo cur audire quidam dolore perituros se cum multis
quam si soli pereant accipiant. Idem ut in Ciceronem. Deprehensi
Nequaquam turpis mors viro forti est. Acad. Idem Vanthoni
2 tib. Omnis cura et causa tamquam iusta arma contra prius capie-
di dictor. Ea a maiore turpe Salustii voluptas est equale apparere
ubis vitam agere ut omnes dentibus suis gemunt. Hec de libris Cice-
2 ronis ad prius concepta sufficiat. De invectivis Salustii et Ciceronis
Hunc quorum contemporaneus fuit Salustius ad invicem .xxxvi.
Hunc ut patet supra ubi dictum est quod fuit consulem ... unde et
scripserunt invectivas ad invicem. Scripsit Salustius de bello Kati-
linario librum i. de Iugurtino librum i. De quibus omnibus sed pauca excerpsi.
Salustius contra Tullium. Homo levissimus supplex inimicis
contumeliosus amicis nemini fidus senator levissimus patronus
mercenarius cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat lingua
vana manus rapacissime gula immensa pedes fugaces
et que honeste nominari non possunt inhonestissima. Tullius
contra Salustium. Nec qui ita vivit ut tu aliter ac tu loqui potest
neque qui ita illico sermone utitur vita honestior est. Sepe vindi-
cimus offendere animos auditorum eos qui aliena vicia aperte di-
2 xerunt quam eos qui commiserunt. Idem in Katilinario. Ex opusculi
Priusquam incipias consulto Salustii in Catilinario xxxvii°
postquam consulueris mature opus est facto. Fortuna simul cum moribus
immutatur. Multos pessima ac diversa inter se mala luxuria
atque avaricia vexabant. Regibus boni quam mali suspectiores
sunt semper quam hiis aliena virtus formidolosa est. Optimus quisque
facere multo quam dicere virtuti omnia parent. Avaricia fi-
dem probitatem ceterasque bonas artes subvertit et pro hiis superbiam
et crudelitatem deos neglegere omniaque venalia habere edocuit. S-
ecunde res sapientium animos fatigant. Avaricia pecunie
studium habet quam nemo sapiens concupivit. Ea quasi
venenis malis imbuta corpus animumque virilem effeminat.
Semper infinita insaciabilis est neque copia neque inopia minuitur.
Adolescentium animi molles etate fluxi haud difficile ca-
2 piuntur. Idem velle atque idem nolle ea demum firma est amicicia.
Si quis in culpa vacuus in amicicia eorum inciderit
cotidiano usu atque illecebris facile par similisque ceteris efficitur.
Nulli mortalium iniurie sue parve videntur. Alia aliis licen-
tia est. Qui demissi in obscuro vitam agunt si quid delique-
2 rint pauci sciunt. Fama atque fortuna eorum pares sunt.
Qui in magno imperio preediti in excelso etatem agunt eorum facta
cuncti mortales novere. Itaque in maxima fortuna minima
licencia est. Et que apud alios iracundia dicitur in imperio super-
bia crudelitas appellatur. In luctu atque miseriis mortem

sunt cesares. Suetonius de xii cesaribus li° i°. De vita iulii
cesaris et pictura eiusdem maxime xxxviii.

Hic fuisse traditur excelsa statura colore candido membris
ore paulo pleniore nigris vegetisque oculis valitudine pro
spera nisi quod repente animo linqui et etiam per somnum exterreri sole
bat. Calvicii vero deformitatem iniquissime ferebat sepe ob
trectatorum iocis obnoxiam expertus ideoque et deficientem capillum
revocare a vertice consueverat. Vini quod parcissime ne inimici quidem
negaverunt. Circa victum adeo indifferens ut quondam ab hospite
conditum oleum pro viridi appositum aspernantibus ceteris solus etiam lar
gius appetierit ne hospitem aut rusticitatis arguere videretur.
Eloquentia militarique re aut equavit prestantissimorum gloriam
aut excessit. Reliquit etiam suarum rerum commentarios de quibus Cicero
sic refert. Commentarios scripsit valde quidem probandos. Nudi
sunt recti ac venusti omni ornatu orationis tanquam veste de
tracta. Armorum et equitandi peritissimus laboris ultra fidem
patiens erat. In agmine non nunquam equo sepius pedibus
anteibat capite detecto seu sol seu ymber esset. Longissimas
vias incredibili celeritate confecit. Si flumina morarentur na
do traiciens vel innixus inflatis utribus ut persepe nuncios
de se prevenerit. Antiqui plus equos dimittebat et imprimis suum
quo maior permanendi necessitas imponeretur auxilio fuge re
pto. Utebatur autem equo insigni pedibus prope humanis in
modum digitorum ungulis fissis quem apud se natum cum aruspices imperium
orbis terrarum significare aliud non pateretur sessorem alterius pri
mus ascendit. Inclinatam aciem solus sepe restituit obsistens
fugientibus retinens quoque singulos contortis faucibus convertens in ho
stem. Alexandrie circa oppugnationem pontis eruptione hostium
subita compulsus in scapham pluribus eodem precipitantibus cum
desiluisset in mare nando per ducentos passus evasit ad pro
ximam navem elata leva ne libelli quos tenebat made
fierent paludamentum mordicus trahens ne spolio poteretur
hostis. Qualiter se habebat erga subditos et erga pares

Delicta neque observabat omnia neque pro modo exeque xxxix
batur. Sed desertorum ac seditiosorum et inquisitor et punitor
acerrimus connivebat in ceteris ac non numquam post magnam pu
gnam atque victoriam remisso officiorum munere licentiam omnem
lasciviendi passim permittebat. Nec milites eos pro contione
sed blandiore nomine commilitones appellabat habebatque eos tam
cultos ut argento et auro politis armis ornaret simul
et ad speciem et quo tenaciores eorum essent in prelio metu dampni.

apud dirachium sceua oculo amisso femore et humero transfixus
scuto cxxx ictibus perforato custodiam porte commissi castelli reti
nuit atilius nauali ad massiliam prelio in iecta in puppe ho
stium dextera et abscisa transiluit in nauem vmbone obuios agens
Studium et fides erga clientes ne iuueni quidem cesari defuerunt a
2 micos semper tanta facilitate indulgenciaque tractauit ut gayo
oppio comitanti se per siluestre iter correpto quod subita valitudine
diuersorio loco quod unum erat cesserit et ipse humi ac sub diuo
cubuit Simultates contra nullas tam graues excepit unquam
ut non occasione oblata libens deponeret Sed et in ulciscendo
natura lenissimus In p. clodium pompeie uxoris sue adulterum
atque eadem de causa pollutarum cerimoniarum reum testis citatus
negauit se quicquam comperisse quamuis et mater aurelia et soror
iulia apud eosdem iudices omnia ex fide retulissent Interrogatus
que cur igitur repudiasset uxorem quoniam inquit meos tam suspitio
ne quam crimine iudico carere oportere. Comestor. De nece ari

Cesar autem per senatum et stoboli et exultacione antipatri. xl.
pompeium fugam tercium ac totum urbem omnibus romanis po
titus solutum aristobolum cum duabus cohortibus in siriam misit
facile putans iudeam sibi posse subiugari. Verum spes cesaris
frustrata est. Nam a studiosis pompei ueneno periit aristo
bolus. Seruabatur quoque corpus eius melle conditum prohibita sepul
tura donec iussit anthonius eum in monumentis regalibus sepeliri
est. Occiditur quoque filius eius alexander antiochie a scipione
securi percussus. Superstes antigonus cum sororibus suis ad ptolo
meum mennei filium confugit accepitque ptolomeus minorem
sororum alexandram uxorem ex qua ut quidam dicunt suscepit
lisaniam abiline postea tetrarcham. Post hoc fugato pompeio
in emathia cui militauit antipater et iudei sub pompeio. Qui
cum redisset in iudeam timens cesaris imperium liberos suos
ad arabes cognatos suos transmisit. Mortuo autem pompeio anti
2 pater in clientelam cesaris se contulit. Cumque uotis amplius ad
placandum enitaretur factus est amicus cesaris. Tunc cesar romana
ciuilitate simul et immunitate donatur eiusque gratia pontificatum
hircano confirmatur. Demumque antipater apud procuratores iudee delatus
est et regimen hircano concessum ita quod nec rex uocaretur. Postquam
cum antipater filium maiorem faselum iherusalem sub se procuratorem
statuit et herodem galilee prefecit. Suetonius. De prodigiis

Porro cesari futura cedes euidentibus mortis cesaris. xli.
prodigiis denunciata est paucos ante menses cum in colonia capua
regione numerum quorum capitum in qualibet civitate precepit ut de sub
urbanis opidis vicis et pagis ad suam [con]fluerent homines civi
tatem matricem unde trahebant originem requisiti nummum argenteum
precium x nummorum usualium unde denarius dicebatur presidis provincie
tradentes se subditum imperio romano profitentur. Nam et nummus yma
gine cesaris impressebat et subscriptionem nominis Et numerus eorum qui censi
capite fuerant redigebantur in scripturis. Ascendit autem et ioseph a na
zareth in bethleem eo quod erat de domo david ut profiteretur cum maria
uxore pignate Iacobus in sup. Cum autem irent in bethleem dixit
maria ad ioseph Duos populos video ante me unum flentem et alium
gaudentem. Cumque illa ad putarem ioseph superflua apparens ei iu
venis in veste splendida increpavit eum dicens eam vidisse populum
iudeorum flentem et populum gentium gaudentem. Tunc iussit iumentum
stare et mariam de eo descendere atque ingredi speluncam tenebrosam
que lucem diei penitus non habebat Sed in ingressu marie cepit
tota splendere quasi ibi esset hora diei vi. Nec defecit lux illa die
vel nocte donec maria peperit masculum suum. Cumque nascentem
tenderent angeli et natum statim adoraverunt dicentes Gloria in
excelsis deo. Et Comestor **De tribus miraculis mundi usque**
Natus est autem dominus anno regni augusti **ad illud tempus lxxxviii**
xlii° nocte dominice diei Sed si tabulam computi retro
pointas in terminis cuius anni concurrentem v. regularem ianuarii
iii. Cum ibi metas [con]pleat iii. unum remanet. Itaque viii kl.
ianuarii in dominica in terminis quod convenit. Nam a die dominico
fiat lux Sicut et lux visitavit nos oriens ex alto inchoatur

ne secundum quosdam sexta etas a nativitate christi secundum apostolum qui dixit Cum
venit plenitudo temporis etc. Secundum autem alios a die qua baptizatus christus per virtutem regeneratiuam
datam aquis. Porro secundum alios a passione quia tunc aperta est porta iam
consumata est et secundum quosdam in septima concurrentur. Auctor compendij huius hic
go fuit annus etatis quinte seque que terminatur quingentesimo octavo xc ab i-
nicio regni David. Quadringentesimus xl. iiij ab exitu egipti duce moyse. Quingen-
tesimus vi^us a prima promissione facta abrahe. Millesimus tricentesimus xxxix^us a na-
tivitate ipsius abrahe. Millesimus xvi^us a diluvio. Duo milia ccc vi^us ab inicio mundi
iij milia ccc lxv^us. Et hec duntaxat secundum eos qui a b adam usque ad abra-
ham ex divina historia iuxta literam eorum supputacionem annorum colligunt. Ante
ipsum Abraham quoque usque ad nativitatem christi iuxta quod cesariensis
Eusebius et ipsorum hebreorum computacionem qui eciam hystoriis gentilium con-
dant maiores numeros secuti sumus ea numeri racione qui supius di-
ximus iudicium exposuimus. Verum ante tempora abrahe et ad diluvium qua-
propter multo plures annis in editione lxx legitur quam nostra reperiantur.
Etenim ut ait eusebius qui ante eorum supputacionem reperitur ab adam usque
ad diluvium fluxerunt anni ij milia cc xlij. qui simul sunt iij milia lxxx
iij. In editione vero legantur iiij milia ccc xlviij. Itaque si maio-
rem illum omnium sequi volueris et iuxta librum iudicum ab exitu de
egipto usque ad edificacionem templi ccc^tos annos numerans insuper
et in regibus annorum usque inde xij annos quorum x tantum hebreos ha-
bent. Acceptis hiis omnibus computatis in hebreis ab inicio mundi
usque ad nativitatem domini annos v milia c xix. Et hunc numerum assignat
beda quem tamen usualiter tenet ecclesia. Nunc vero tolle datis ad mi-
lia quinque duocentis nascenti domino tot beda dat protoplasto. Nos
tamen maiorem numerum qui hunc usque secuti sumus ecclesia prosequitur.

De duobus animalibus eum adorantibus in presepio. lxxxix

P Pastores quoque omnium asserebant se angelos vidisse in media
nocte ympnum dicentes deo et ab eis audisse quod natus esset
salvator hominum in quo restituentur filius israel. Tercia autem die
nativitatis egressa est maria de spelunca et ingressa stabulum posuit
in presepio puerum. Bos atque asinus genua flectentes adoraverunt eum
et ipsa animalia in medio eum habuerunt sicut per danielem est propheciam ab abacuc In
medio duorum animalium innotesceris incessanter adorabant eum. Tunc
impletum est quod dictum est per ysaiam. Cognovit bos possessorem suum. Comestor:
Mala quoque infantem pannis involutum reclinavit in presepio quia
non erat ei alius locus in diversorio. Difficile erat pauperibus pro
frequencia multorum qui ob id ipsum convenerant invenire in bennie do-
mos. Vel in quo diversitur qui erat inter duas domos opertum
habens quod diversorium dicitur. Sese recipiunt sub quo cives ad colloquendum
vel conveniendum in diebus ocij vel pacis intempie conveniebant forte
ibi ioseph presepium fecerat bovi et asino quos secum duxerat. In quo
repositus est ihesus adeo quod quidam referunt illud ex pre die. Cognovit bos
possessorem suum et asinus presepe domini sui. Et abacuc. In medio duorum animalium cogno-
sceris. Et inpicturis ecclesiarum que sunt quasi libri laicorum hec depinta
sunt. Et repicturis ecclesiarum que sunt quasi libri laicorum hec reputantur
secundum Bucardum. Hoc debemus abreviat secundum deus pater super stram-
vultis nosse quam longum ostendit breve fecit. Celum vult quod debito

Ceteram ergo amplexo mire ant (?) eius fo[rm]am in angusto locatus est presepio apostolo ait propheta a mystico in eo [...] fons et infans dei verbum vt qui est a se sic abbreviare voluit dominus maiestatis sue ut nobis formam daret humilitatis. Vnde eum ait Discite a me et cetera. Comestor Et festinantes venerunt betleem invenerunt verbum quod factum est ad eos Et qui audiebant mirabantur super hiis que dicebantur a pastoribus ad eos. Maria autem conservabat omnia verba hec conferens in corde suo. Beda. Maria sacras scripturas legerat et sciebat prophetas. Conferebat ea que secundum verum fuit dicta de domino cum hiis que videbat de ipsis scripta de domino Et collata ad invicem congruere admirata celestium cherubin sociasse voluit luce gratia. Comestor De circumcisione eiusdem · xc

Postquam autem dies consummati sunt ut circumcideretur puer vocatum est nomen eius Jhesus quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Richardus. Ecce verbum abbreviatum in carne amplius abbreviatum est suscepta circumcisione die nativitatis in octava et parvulus ab angelis quia in simplicitate et [...] quodammodo tamquam latuit in utroque tempore a plenitudine tantum fons est incepite quod mirum si pro nobis voluit circumcidi qui pro nobis voluit crucifigi. Totus siquidem nobis datus est et totus in usus nostros expensus. Actor. Christus dominus non indigebat circumcisione quia nullum peccatum contraxit in sua generatione voluit tamen circumcidi propter ea causas. Prima fuit ut in nobis fidem firmaret se veram quia ipse videtur se carnem assumpsisse non ficta ficta ut dixerunt quidam heretici. Secunda ut spem in nobis augeret scilicet spiritualis circumcisionis que in nobis futura est in die resurrectionis ab omni corruptione culpe et pene. Tertia ut caritatem confirmaret quia tenellus infans scilicet octo dierum iam incepit sanguinem suum pro nobis fundere. Quarta ut nobis exemplum humilitatis preberet contra mores prelatorum qui leges instituunt ut scilicet aliis sumunt imponunt honera que ipsi portare nolunt. sicut illi quos reprehendit dominus in evangelio alligat onera gravia et cetera. Quinta ut nos aliorum doceret quos vitamus scandala vitare doceret scilicet conformando nos eis. Iudei enim alii incircumcisos illos ipsos vitabant. Et dicit Augustinus illic quod non quod compis est omnis per omnia suos non congruens unde et paulus circumdedit thimotheum ut vitaret scandalum iudeorum. Sexta ut in nobis exponere vitium quod in isto membro dicitur abolevit unde sicut primo passus est in illo membro sic ultio in lingua insignum detestabilis luxurie et gule quibus fere omnis humana vita infesta est. Septima ut nostrum destitutus celaret propter diabolum propter homines indignos. Comestor De stella magorum duce · xci

Circumcidentes in die ecce magi venerunt ab oriente in Ierusalem dicentes ubi est qui natus est rex iudeorum. vidimus enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum. Successores fuerunt isti balaam qui stellam eius vaticinio et magi [...] sic impati magi quos in greca philosophos persae magos appellant venerunt a finibus persarum et caldeorum ubi fluvius est saba aquas et saba [...] regio dicitur. Crisostomus dicit stellam ante multo tempore quam iam tempore nativitatis apparuisse et ita multo ante tempore de longinquo venerunt

Potuit tamen sic ut in xiij diebus super dromedarios longa terrarum
spatia transmeavit. Audiens magos herodes rex turbatus est et omnis
ierusalem cum illo. Timuit quidem rex ne quis de semine hircani et
aristobuli natus esset regnaturus se tamquam alienigena desti
tuto. Turbatur autem civitas non nisi in malis perversa. Dicit ful
gentius stellam non creatam notabile et distinctam a ceteris
generibus stellarum. Et in loco quia neque in firmamento cum stellis immobilibus erat neque
in aethere cum planetis sed in aere vicina terrae tenebat vias. Et
in motu quia prius immobilis super iudaeam mansit. Deinde regnum se
mundi in iudaeam. Cum in deliberatione sua ubi tamen caput
adierunt. Cumque egressi sunt post motu notabili processit eos.
Quo pacto officio mox et desiit aliter impracticum materiam
verum scriptura sinat. Tamen quidam tradunt beda voluisse quod in
puteum bethleemiticum ceciderunt. Et post in diebus paulo Ren
storum quasdam virgines deo dicatas cum iudaeos vidisse fu
gissent domum magi qua dum servierunt lucas notavit de
tulerunt primo singuli aurum thus et myrrham secundum consuetudinem sabeis
oblationis significantes eum esse regem deum sed mortalem. Et postquam
impleti sunt dies purgationis mariae tulerunt puerum in ierusalem
ut sisterent eum domino id est praesentaret. Et dederunt hostias pro par tur
turum et duos pullos columbarum. Interim accedunt cum v siclis ar
genti. Et erat in templo Symeon senex qui spiritu venit in templum
et accipiens puerum in ulnas suas benedixit eum et dixit Nunc dimittis
etc. Et prophetans de passione christi ait ad mariam Et tuam animam pertransi
bit gladius id est passio christi. Nos cum sine nimio amore potuit
videre crucifigi filium etsi resurrectionem speraret. Eadem hora
superveniens anna prophetissa loquebatur de illo omnibus qui exspec
tabant redemptionem israel. De cultu et religione magorum
vel astrorum orientalium Chrysostomus super matthaeum libro io
Magi quoque confessi ut natus est dominus magi in hora per xvj
nulo dominum viderunt cum ubi tractibus et in ulnis vel quod dixit
Ubi est qui natus est rex iudaeorum etc. actibus vos quia cum vidisset
eum adoraverunt et in venta est magis fides decalcor quam a propheris
similia inimicos videntibus et alta intelligentibus. Muneribus autem
qua obtulerunt ei aurum thus et myrrham legi apud aliquos istos ma
gos ex libris ~~balam~~ balaam divinatoris appetitione stellae eius ac
cepisse statim tunc divinationis posita est dixit Orietur stella ex iacob
et consurget homo de israel et dominabitur omnium gentium. Audivi et aliquos
referentes de scriptura quadam et si non certa tamen non destruente fidem sed potius
delectata quomodo erat gens quaedam in ipso oriente iuxta
oceanum sita apud quos ferebatur scriptura de apparitione huius stellae
consentientes in muneribus huius vocis scriptura quia per generationes
studiosorum hominum patribus suis a filiis habebatur. Elegerunt itaque se
ipsos xij quosdam ex se ipsis studiosiores et amatores caelestium arca
norum ac posuerunt se ipsos ad expectationem huius stellae et si quis
eorum moriebatur filius aut aliquis propinquior in eius

loco conveniebant. Orabant autem magi sua lingua eorum quia de silencio
taciteque voce glorificabant deum. Hii ergo per annos singulos post messem ascen-
debant in montem qui vocabatur victorialis habens in se quandam spelun-
cam in saxo fontibus et electis arboribus amenissimus ubique se lavan-
tes orabant et laudabant in silencio deum tribus diebus sicque festina-
bant per singulas generationes semper expectantes ne forte in sua generatione
stella beatitudinis oriretur. Tandem igitur apparuit eis descendens super
montem illum victorialem habens in se quasi pueri formam et super se simili-
tudinem crucis que locuta est eis eosque docuit et ut proficiscerentur in
Iudeam precepit. Proficiscentes autem precedebat stella per annum et nec
cibus nec potus defecit in peris eorum. Cetera vero que ab eis gesta esse
referuntur in evangelio compendiose. Ut autem reversi sunt studiose magis quam
prius deum colentes glorificaverunt sed et omnibus in gente sua predicaverunt
et multos erudierunt. Denique cum post resurrectionem domini Thomas ivisset apostolus
in illam provinciam adiuncti sunt ei et ab eo baptisati predica-
tionis illius adiutores facti sunt. De persecutione Herodis et nece innocentium. xiiii

Nunc Herodes videns quod illusus esset
a magis. Videns enim magos [illegible] sibi [illegible] quidem [illegible]
putat eos visione stelle deceptos et erubuisse redire ad eum
et ideo ab inquisitione pueri cessavit. Sed cum audisset que dicta erant
a pastoribus et maxime prophetias Symeonis et Anne sensit se illu-
sum et de morte puerorum bethlehemitarum tractabat ut ille quem igno-
rabat cum eis occideretur. Propterea per ammonitionem angeli fugit
Ioseph cum puero et matre eius in egyptum usque ad obitum Herodis.
Hugo. Herodes vero ne forte ignobilis et ab ysmaelitico semine ac-
quisitus extraneus combussit omnes libros in quibus nobilitas gentis
in templo servabatur ascripta ut deficientibus probationibus ipse ad
hanc pertinere videretur. Utque suam sobolem regio iudeorum generi
coniungeret abiecta doside qua primum acceperat copulavit sibi Ma-
riagnem Aristoboli neptem Hircani filiam. Comestor. Herodes
autem dum de nece puerorum disponeret per epistolam citatur a Cesare Au-
gusto ut Romam veniret ad accusationem filiorum suorum. Cum autem
iter faceret per Ciliciam audiens quod naves tharsenses magos tu-
lisse iussu Alexandri combussit naves tharsis secundum quod David
prophetaverat. Cum vero coram Cesare disceptassent pater cum filiis concordia
facta est revocatio ut adolescentes patri in omnibus obedirent. Ipse
autem regnum dimitteret cui vellet. Non tamen confisus vinculis
[illegible] erat [illegible] ultima populo convocato tribusque filiis
astantibus et [illegible] fratrum a Cesare statum exposuit et se succes-
sorem iudicem constitutum [illegible] regnum ad suos [illegible]
existimaret. Tunc confirmatus in regno Herodes tandem qui specu-
latores misit occidit pueros omnes qui erant in bethleem et in finibus
eius a bimatu et infra secundum tempus quod exquisierat a magis.
Puerorum maxima pars duo miliaria a bethleem ad austrum sepulta

Innocentes quod innocens dum lapato notabili modo quod testes
xpi sed quod pro xpo occisi sunt quod ipsi non loquendo sed moriendo
confessi sunt. Propterea ecclesia eorum festum sollempnizat quamvis ad inferos
descenderunt. Unde et in eorum sollempnitate cantica letitie subtrahuntur
sicut Te deum laudamus et gloria in excelsis deo. Porro alia quod dicunt laus
tibi domine alii non cantemus quia iacebunt De fuga domini in egyptum et adventu leonis xxiii
a ante venit non dixit qua hora deus
pueros occidit ad monitum autem ioseph in sompniis ab angelo
ut cum matre et puero primam heremi peteret egyptum. Cumque
venissent ad speluncam quandam ut quasi sub ea refrigerarentur
descendit maria de iumento et sedebat ihesus in gremio eius. Erant autem
cum ea tres pueri et una puella iter agentes. Et ecce de spelunca
subito egressi sunt dracones multi. Quos videntes pueri exclamaverunt.
Tunc descendens ihesus de sinu matris est benignus opposuit se et stetit ante pe-
dibus ante eos. At illi eum adoraverunt et abierunt. Similiter et
leones ipsi adorabant eum et comitabantur. Antecedebant quoque
mariam et ioseph ostendentes viam in deserto inclinantes capita sua
cum reverentia obsequium caudis adulantibus exhibebant. Erant duo
boves de itinere eorum signarii quos dirigebat leones iumentis domini
ihesu omnia necessaria portabat. Sed arietes qui simul de iudea venerunt
agnos et lupos ambulabant sine formidine. Simul et leones
ursi et boves et asini in unum fuerunt simul ad pabulum accedebant.
Tunc impletum est quod dixit ysaias. Lupus et agnus pascentur et
Tertia autem die profectionis sue maria nimio solis fervore fatigata videns
arborem palme voluit in umbra. Cumque de iumento descendisset in
sedisset respiciens ad comam palme que alta erat et pomis
repleta ait. Si posset fieri ut caperem de palme fructibus gauderem. Et
dixit ei ioseph. Tu quod de fructibus palme cogitas ego autem de aqua
que nobis iam deficit in utribus. Unde sitimus nos et hi qui nobiscum
sunt et nostra iumenta. Tunc infantulus ihesus in sinu matris
virginis exclamavit et ait flecte arbor et refice matrem meam
de fructibus tuis. Statimque ad vocem eius inclinavit palma cacu-
men suum usque ad plantas matris et colligentes omnes fructus
quos habebat omnes refecti sunt. Postquam vero collecta sunt omnia
poma eius inclinata manebat expectans ut cuius imperio surgeret
cum imperio fuerat inclinata. Tunc ait ihesus ad eam. Erige te
palma et confortare et aperi autem ex radicibus tuis fontes absconditos et
fluant ex eis aque in satietatem. Et statim erupit fons vivus cum
limpidus et habundantes fluit agnatos deo. Conversus autem ihesus ad
palmam ait. Hanc dignitatem confero tibi ut unus ex ramis tuis
transferatur ab angelis meis et plantetur in paradiso patris mei. Et sic
statim accedentibus angelis domini super palmam ascendunt unum
de ramis eius et ibat volans. Dixit autem ioseph ad ihesum domine
nimius estus decoquit nos. Si vis teneamus viam maris ut

possimus parvitates matutinas requiescendo transire. Dixit ei ihesus
Noli timere ioseph. Ego vobis mansiones ab heremalo ita ut quo per xxx
dies pergendum erat in hac una die mansiuncula pergatis. Adhuc eo
loquente prospicientes viderunt montes egipti. Et gaudentes in unam
ex civitatibus nomine syrochem intrant. Et quia nullus erat in ea no-
tus apud quem hospitaretur ingressi sunt templum quod capitolium eiusdem
civitatis vocabatur. In quo ccclxv ydola erant posita quibus
singulis diebus honor deitatis sacrilegis probabatur. De ruina
ydolorum egipti ad eius ingressum xxiiii. ca.

Ut autem maria ingressa est templum cum infantulo omnia ydola cor-
ruerunt et in facie iacentia omnis se ee evidenter ostenderunt.
Et impletum est quod ait ysaias. Ecce dominus ascendet super nubem levem
et ingredietur egiptum. Cumque hoc nunciatum esset affrodisio venit in templum
cum omni exercitu suo. Ingressusque et videns universa que audie-
rat statim accessit ad mariam et adoravit infantem quem ipsa in sinu
suo portabat. Deinde allocutus est omnem exercitum suum dicens. Nisi esset
deus horum deorum nostrorum non ista coram eo se prostrarent nec in conspectu
eius prostrati omnes sunt iacentes protestarentur. Nos ergo quod deos
nostros facere videmus nisi cautius faciamus omnes poterimus periculum in-
currere sicut pharao in diebus illis quibus fecit mirabilia ma-
gna deus in egipto. Comestor. Tradunt quod sicut in exitu filiorum
israel de egipto non fuit domus egipti in qua deo percuciente non
iaceret mortuum primogenitum ita nec modo fuit templum in egipto in
quo non corruisset ydolum. Cassiodorus in tripartita hystoria libro vi. Fer-
tur quod in hermopoli thebaide arbor que vocatur persidis multorum lan-
guores sublevaret si fructus aut folium aut pars eius corticis collo
egrotantium ligaretur. Dicebat enim de arbore fertur quod dum apud egip-
tum ioseph cum christo et maria formidine fugisset herodis venisset ad
hermopolim civitatem mox ut ingrediebatur ad fores hec arbor
maxima christi salvatoris adventum inclinata est usque ad terram
et eum suppliciter adoravit. Hec ergo de ista arbore a multis audivi-
mus narrari. Reor autem signum fuisse facti omnibus divine presencie ad-
ventus quam ritu pagano. Hec arbor propter magnitudinem atque pulchritudinem
colebatur. mota est non ferens christi divinitatem. Demonibus quippe commissa-
tionibus tum movebant ad talem destructionem ut non ex omnibus simulacris
egiptiorum secundum ysaie prophetiam fugato quorum hinc demonio pro testimonio
christi adventus arborem vacuam remansisse. Igitur apud egiptios et palesti-
nos gestorum testimonia confirmantur. Eusebius in cronicis. De
iuda galileo et sexto pitagorico philosopho. xxv. ca.

Anno domini imperii augusti xliiii. Iudas galileus ad rebellandum
iudeos cohortatur. Sextus pitagoricus philosophus agnoscitur. Hieronymus
super eze. Pulcre in sexti pitagorici sententiis dicitur. adulter est pro-
prie uxoris amator ardentior. Huius libri quidam in latinum transferens
viri sexti nomine voluit illustrare eo quod ... in toto volumine
quod in duas partes divisit de nomine apostolorum vocari. Nec mirum

si gentilem philosophum damasum et romanum pontificem transtulit ad ecclesie
hij quorum cesariensis Ieronimus proponere librum pamphili nostris vocabulo
commentatur ut facilius tibi laudatore libros opusculos prius carton romanis
quibus galiarz. Auctor libri illud sexti insignia reperi sed eius pau
cas sententiolas istas ex quodam libro augustini collegi notabiles
libertatem arbitrij permisit hominibus deus ut puri et sine peccato vincere
sibi sicut deo. Templum dei est mens pura et altare optimum est ei cor
simplex sicut deo. Templum dei est mens pura et altare optimum
humilitatis. vir castus et sine peccato potestatem accipit esse filius dei. Come
stor. Porro iudas ille galileus fuit eciam ut tradit iosephus per
suadebat iudeis ut negarent tributa romanis asserens eos qui ...
timas et primicias deo solvebant non debere solvere tributa hominibus
Et intantum prevaluit hec doctrina ut pharisei et magis pro ipsi querent
ab ipso domino an solvendum esset tributum cesari propter ea principatus est
quod ei consenserunt. De tribus sectis iudeorum primatus xxiij

f fuerunt siquidem tunc temporis et inde tres secte iudeorum agnum
reliquorum vita distantes pharisei saducei esseni. Pharisei cultu
austero et victu pro parco utebantur tradiciones suas statuentes
quibus tradiciones moysi detrahebant. Pitacia cartacia in fronte
gerebant et in sinistro brachio quibus decalogus inscriptus erat quia
legebant et in sinistro brachio quibus decalogus inscriptus erat quia
dixerat dominus. Erunt hec verba que ego precipio tibi ante oculos tuos et in
manu tua sunt. hec dicebant philateria a philaxe quod est servare et
thorath quod legem sonat. Isti et maiores fimbrias aliis sentes
spinas eis affigebant quibus puncti in deambulando moveres ma
datorum dei fierent. Hij universa deo deputabant et maxime et facto
agendi quod non iusta sunt vel neglige in arbitrio hominum plurimum
esse dicunt tamen in singulis adiuvari et maxime qua permotibus
superiorum putant sibi preponendos se et natu maioribus nunquam contra
dicebant indicium dei futurum dicentes animam immortalem et corruptam esse
bonorum animas in alia corpora transire ad resurrectionem et in
fernalibus malorum autem eternis tormentis carceribus. Et quia agendi hominum bonum
dicunt. malorum autem eciam ideo pharisei dicebant. Saducei maxime negabant deum inspec
torem dicentes in arbitrio hominum situm esse ut bonum malum
ingererent. Animarum gratiam vel supplicia negabant vel honores. Nam
et resurrectionem mortuorum futurum negabant animas mori cum corporibus
putantes nec angelos esse dicebant. Solos v libros moysi recipiebant
quia sermones nimis erant nec austere sociales. Ob quod seniores sa
duceos id est iustos se vocabant essei sic in omnibus monasticam
agebant vitam nuptias respuentes non quod coniugia et honores sine
successione censerent comminendam sed cavendam intemperancia mulierum
Nullam earum fidem viro servare putantes. Omnia habebant com
munia oleum inquinamentum squalorem decoris putabant dummodo in
veste candida semper essent. Nulla eis certa civitas sed in singulis
civitatibus domicilia habebant ante solis ortum nichil prophanum loquentes
solem ut oriatur orantes usque ad quintam horam operantes
lotis corporibus aquis simul cibum in silencio edebant iuramentum habebant
pro periurio secte sue metuentes adhibentes nisi subauri peccatoe

Recepti autem sectam eorum post duos alios annos mores eorum pro-
babant. Despicientes inuptias a se pellebant ut herbas more pecorum
uiuentes et corpus usque ad obitum perimebat. Cum x sil(entio) sedent nullus
nonne inuitis loquitur. Sputum in medium uel in dextram partem sui
uitates. Adeo sabbatum obseruabat quod nec ea die aluum purgabat.
Dolabrum ferebant ligneum quo in loco secretissimo fodiebant
terram ad aluum purgandum dimissa ueste diligenter segregantes
ne splendori diuino facerent iniuriam. Ob id est statum sonantem
centum implentes uiuebant quia longissime abiectus simplicitatem
mortem pro iustitia cum mortalitate indignantes meliorem uiuis animas
apud creatas pro temporibus in corporalibus bonas ... corporibus uel
occeanum dicitur constituta ubi a primo ad orientem malis procellosa
et hiberna loca delegates. Erant inter eos qui futura predicebant. Quidam
coniugibus sed moderate utebantur. Nam si homines abstinerent deficeret
2 uetur genus humanum et deficeret. De nece duorum filiorum herodis. et eius pri-
1 [F]actum est autem ut qui herodes multos orbauerat testamento xxvij
filiis et ipse suis miserabiliter orbaretur. Nam per astutiam antipa-
tri fuit iterum suspecti alexander et aristobolus patri. Unde scribit herodes
augusto in uinculis filios accusans. Misit augustus saturninum
et pedanium legatos cum scripto ut coram hiis duobus collecto concilio
patrem filios iudicaret et decreuit si inueniret eos posse facere quod
uellet. Auditis autem hinc inde partibus legati illos dampnandos
pronunciauerunt non tamen morte. Tunc apud sebasten querit eos pater
in uincula. Explicatis uero eorum apposuit torquere ut ingressi eorum
fuerunt si in curiam suam aliquid machinarent. Confessus est
autem quidam multa sibi promissa ab alexandro si patri uenenum propi-
naret. Confessus est et tonsor se promissis sibi muneribus si dum
patri pareret barbam eum iugulauerit. Addiditque dixisse alexan-
drum non esse spem ponendam in sene qui canos tingebat ut ui-
deretur adolescens. Hiis motus herodes iussis spiculatoribus iussit
filios occidi et asportari in alexandrium ibique sepeliri cum ale-
xandro auo suo materno. Tunc inscripsit testamentum herodes
et antipatrum fecit regem instituit et herodem qui cognominabatur
antipas substituit antipatro. De odio herodis in antipatrum et eius
1 [A]ntipater uero intollerabile odium populi ... in carceratione xxviij
cepit cunctis scientibus quod fratribus suis struxisset calumnias. Et
ob hoc etiam patri eius in recto oculo aspiciebat adhuc etiam antipa-
molestus erat patri quod fratrem sibi substituerat eo quod ad filios ipsius
antipatri regnum transire uoluisset. Alia quoque maior causa inuidie
in patrem orta est ei. Nam pupillos filiorum quos occiderat pa-
terna dilectione fouebat aliis alogoribus suis eos copulans ma-
2 trimonio. Erant autem filii iosephum plures ... de aristobolo
herodes scilicet agrippa qui iacobum occidit gladio et herodias quam
postea abstulit herodes antipas philippo fratri suo. Timuit ergo antipa-
ter ne ad pupillos fratrum suorum quandoque regnum reuocaret herodes quia
eos omnino complectebatur. Commouit et pheroram in odium herodis
adeo ut pheroras secedens a se tractaret uitia que gessisset ei fudit

tus iordanem. Ipse uero et patre uolente quibusdam excogitatis occa-
sionibus romam properauit efficacissimum uenenum a quadam mulie-
re arabica comparans et apud uxorem Pherore reponens. Quod mitte-
ret dum ipse abesset per ministrum qui consueuerat patri propinare. Cumque anti-
pater rome esset mortuus est Pheroras. acceptisque Herodes de ueneno
reposito apud uxorem Pherore per ancillam arabicam adhuc in pace re-
cedente statimque euocatam uelociter sibi afferre iam uenenum
iubet. Illa uero quasi allatura egressa deiecit se per precipitium domus. Sed
feminina allata ad regem ait. Cum moreretur frater tuus uir meus
dixit mihi. Affer hunc mihi uenenum quod reliquit nobis antipater meque ui-
dente in igne comburere ne ad inimicos constantiam fraterni uoluntate seruans.
Ego uero magnam partem eius in ignem fundens modicum in pixide dimisi
casus et quia te metuebam reseruaui. Cumque pixidem cum ueneno
protulisset exspirauit. Acceptis quoque pluribus aliis argumentis quod
antipater in morte patris conspirauerit Herodes eum matre reuocata
et uxorem illius repudiauit. Cumque filium de parricidio publice ac-
cusasset parte uaria confessionis suis qui illis diebus in linea mendat
posuit eum in carcerem aplit aerithota De morbo et morte
uinculis complices filii quereret pater Herodis et nece antipatris xix
ut eos cum filio exquisitis perimeret suppliciis. Qui morbo in-
creditus est accedebat et senectus cum annos iam lxx natus esset.
Cumque eius clades filiorum affligebat. Erant autem duo uiri sophi-
ste quos non pauci adolescentium sectabantur cum leges exponerent.
His optimum uidebatur rege tabescente ut aquilam auream dei-
cerent quam rex super maximam portam templi contra priscas leges
posuerat. Fama dicta rex commotus ire magnitudine morbum
superat et in contionem productis in omnes uoluntas in iniuria haut
defunctus uidebatur. Sed adprensis illis in solos actores ultus est.
Alios quoque qui funibus demissi aquilam deciderant uiuos incendit
cum duobus sophistis. Deinde uariis affligebatur languoribus. Nam
febris non mediocris erat prurigo intolerabilis in omni corporis
superficie assidue uexabat. Coli tormentis pedes intercutaneo
aquis tumuerant. Putredo testiculorum uermes generabat. Crebra a-
nhelitus et interrupta suspiria que admodum dei ab omnibus
referebantur. Ipse uero iordane transiens apud callirhoen aquis
calidis utebatur. Cumque corpus eius oleo calido foueri medicis
placuisset, marcham (?) pena deuenissem ita dissolutus est ut et
lumina quasi mortuus resoluta torqueret. Tum ad clamorem astan-
tium respiciens uisus est. Cumque uidisset se certo audiret iudeos mortem
suam expectantes cum gaudio ex omni iudea nobiliores collectos in-
cludi precepit in ypodromo. [illegible] uocatis precipiens Sa-
lomee uxori sue ut cum alam afflaret statim illos occideret
ut ita omnis iudea in morte sua et inuita plangeret. Tunc
uero quos roma miserat uenientes epistolam tulerunt Cesaris ut
Antipatrem mortalitatis daret ut si mallet morte dampnaret. Quo uiso

paululum revocatus ad pomum quo libenter vescebatur petiit cultel-
lum quo id amputaret. Statimque ad tussi violenta di-
scendens ... conspiciens Achiabus ne ... impediret se ipsum dexteram
sustulit. Et Achiabus consobrinus eius dexteram continuit statimque ulu-
latus quasi rex mortuus esset in regia concitatus est. Quo audito Anti-
2 pater exultans custodibus multa promittebat ut eum solverent. Quod cum
comperisset Herodes gravius tulit exultationem filii quam mortem. Et continuo
satellitibus occidit eum sepelirique precepit in Hircanio. Statimque mutato
testamento Archelaum regni scripsit successorem ita tamen quod ab Au-
2 gusto susciperet diadema. Post mortem autem filii quinque diebus peractis
mortuus est xxxvii° anno postquam a Romanis rex declaratus est. In aliis
fortunatissimus in rebus domesticis infelicissimus fuit. Salome vero
quos occidi preceperat absolvit. Sepelivit eum Archelaus in Herodium
in lecto ipsius ... regio ornatus in funeris pompa pre-
mittens ... aromatis. De substitucione Archelai et tetra-
mortuus est autem Herodes anno domini ... trum regno. C. iv
gusti vero ... cuius loco successit Archelaus filius eius in
regno. Comestor. Archelaus itaque vii diebus in lugendo pre ...
convivia ... large omni populo exhibuit qui mos ... ob ...
sis fuit multos depauperavit. Candida veste indutus ascendit in tri-
2 bunal variisque favoribus a plebe susceptus est. Sedensque in tribunali dixit
se ... neque velle tempore donec ... confirmata esset successio
permittens quod melior pre omnibus appareret. Alii vero alii tributa
levari alii vectigalia tolli ... solvi custodias ac clamabat.
Postulatis autem Archelaus annuens celebratis epulis vacat cum amicis
suis. Orta est autem seditio que in novis urbibus solet accidere plurimi
sophistas pro defensione legis occisos lugebant. Omnes severe ponti-
ficem quem Herodes ... amovendum proclamabant. Instan-
te autem azimorum die ... ab ... prohiberet pontifex. Arche-
laus misso tribuno ... vos ... sedare attemptavit. Cum autem
... venissent ... missa grandi manu satellitum
Archelaus tria milia ... occidit per loca ... reddire
ad propria ... Et neglecta festivitate abierunt omnes. Ipse vero
cum Nicolao et Ptolomeo ... sui per Romam profectus est. Sa-
lomam et filios eius secum duxit ut ad testamento ... volun-
tatis testarentur. Philippo fratre regni procuratore relicto profectus est etiam
Rome Herodes Antipas ut de regno cum fratre disceptaret. Orator huius
... acrimonia dicendi plurimum confisus. Cesar quoque actoris
... copiam dedit ... cum primo
Gaium et Agrippa ... filia sua ... natum filium adoptivum ... iussit.
Archelaus sibi regnum deberi asserebat et ... testa-
tis voluntate. Antipas vero ... testamentum ... aiebat quod ...
... erat ... quod ... et ...
... Nam ... ipse appeteret addebat et
quod Archelaus ... regni ... ad Cesarem ... corpus
... sibi ... Postremo quod initia potestatis sue
... milium ... sanguine maculasset. Cesar vero
... differens ... deliberabat an alique regni successor

constitui oportet an toti familie distribui principatum. De quatuor
regibus in Iudea et de simulato Alexandro et divisione regni
Eodem sane tempore huiusmodi reges in Iudea successisse dicuntur. Ci-
rcam in Ydumea duo milia veteranorum qui sub Herode
militaverant regem creaverunt. Sephori vero Galilee Iudas filius
Ezechie latronis principis ab Herode olim capti dyadema sibi impo-
suit. Tusselum quoque Symon servus regalibus rapinis collectis fretus
a latronibus rex creatus est. Pastores quoque quendam pro corporis ro-
bore insignibus Israel regem sibi statuunt. Obsecit in summa da Cesa-
ri iussus est romam. Auctor philippus duabus tamen de causis in-
tendebat ut Archelao subveniret et si regnum Herodis nepotibus eius
distribui placuisset partem aliquam mereretur. Venerunt etiam ad l. de iudeis
Herodiani qui viii milia iudeorum rome tunc degentium secum tra-
xerunt adversarii. Ante captivitatem eorum finalem iudei per captivitates
preclaras ubi dispersi nominati fuerunt. Eo etiam tempore quidam natione
iudeus in Sydoniorum oppido conductus quia simillimus Alexandro Herodis
filio qui occisus fuerat videbatur venit in iudeam instinctu cuiusdam
liberti Herodis asserens sibi regnum deberi tamquam maiori filius Herodis
et tamen quia corpore matris sue Mariannes eum coniungebat. Cumque
plurimis iudeorum sequacibus venit Romam quos perfectus est igitur iudei
Rome degentes impendio eius studiose confluebant. Asseritque quatuor
vinculis aiebat lictores misertos fuisse alios similes eius morti sub-
iecisse Aristobolumque fratrem adhuc viventem morata vel Cipro latere.
Sed Cesar optime noverat Alexandrum. sciens quoniam Rome studuerat
puer amasiu finxit ad tempore quoz per disceptate plenius no-
taverat fallaciam similitudinis audivit. Iussitque laduum qui Ale-
xandrum bene cognoverat ut adse iuvenem adduceret vitam sibi pol-
licens si tante fraudis prodidisset auctorem. Cumque ille professus
esset se talia simulasse prodiciecta? iussit Cesar suasorem quoque eius
misit in Italiam fluctus Alexandrum pro similitudine corporis in remi-
gum conseruit. Tandem de consilio senatus Cesar monarchiam
Herodis distribuit mediam partem iudeam scilicet et ydumeam tradens
Archelao sub nomine tetrarchie pollicitus se factum eum regem si se
dignum probuisset. Mediam vero partem in duas secuit tetrarchias.
Cessitque in partes Herodis tetrarchie regio tusselum in Galileam
Iturea vero et Traconitidis regio cum ... philippo deputata sunt fratribus.
igitur Archelaus quam diu tetrarchus monarchus vero nunquam fuit. Archelaus
vero non solum in accusatores suos ... et sibi consubditos omnibus
pro despexit. De reditu domini ab egipto et morte glasire et exilio
Archelai. C .x.
nimis regni anno primo augustus... Ioseph ut rediret cum matre et puero in terram Israel. Cum ve-
nirent ab egipto post vii annos tamen audiret quod Archelaus prope
regnabat in Iudea noluit illo ire. Et admonitus ab angelo ivit
in Galileam et mansit in Nazareth. Auctor. Porro de infancia
salvatoris temporibus eius usque ad baptismo ... in ... nisi
quod Lucas dicit quod duodecimus remansit in urbe cum post triduum dicit

eum in templo sedentem in medio doctorum audientem et interrogantem
eos. Comestor. Hanc archelaus in concubina (?) sibi sumpsit alexan-
dri repudiavit mariagnem fratris sui filiam que prius ei dederat uxorem.
Duxitque glafiram filiam regis capadocie fratris sui alexandri quondam
uxorem et mortuo alexandro iube regi libie nuptam. mortuo quoque
iuba apud socerum suo in domo degentem. Cum autem in iudeam redisset
nupta archelao videt visa est instante sibi alexandro dicere satis
tibi fuerat libicum matrimonium et vix suis sua adperates meos fratri
meo. Impudenter iuncta es. Te ergo licet invitam recipiam. Cum
expedito somnio vix biduo supervixit. Tandem civibus accusatus
archelaus Cesare advocatus. Videns quidem die quinqua novem et
decem aristas plenas et maximas a bobus comedi somnium audit
Duxit caldeos vates consuluit symon enim qui aristas annos et
boves mutationes rerum interpretatur est. Eo quod agros arando vertunt et
mutaverint glebis. eum novem annis dixit regnaturum varias ac
ceptum rerum mutationes moriturum. Nono ergo principatus sui anno
volnam veniens a cesare damnatus in exilium pellitur. apud viennam
civitatem gallie. Ex glosis super lucam. De inventione domini ihesu
in medio doctorum. C. iij.
Et cum factus esset ihesus annorum
xii. ascenderunt ioseph et maria secundum legis consuetudinem ad diem
festum in ierusalem et puer ihesus cum eis. Qui peractis vii. diebus sollem-
nitatis redeuntibus illis remansit sponte sua ut sciant quod sibi liceat
matri quod debebat asserendo eo quod tamquam deo cum hominibus adorsis
fuerat satisfaciat deo sed et patri debitum exhibet doctrine spiritualis voce
ex qua loquitur sermo et argumentum quod pueri non curant qui patres suos re-
linquentes latenter in cenobia fugiunt ut ibi serviat deo Iuxta illud
Beati qui vivunt ... portant iugum ab adolescentia. vide domine qui ipse dicit Sinite
parvulos venire ad me quia talium est regnum celorum. quo parentes eius ... putatimus
et maria non potuerunt eum obliviscendo relinquere qui tanta sollicitudine
eum nutrierunt Credendum est quod mos erat filijs iste ad festa ex-
fluentibus vel ad propria redeuntibus quod incedebant diversis choros
seorsum viri et seorsum mulieres Pueri autem cum quolibet parente in-
differenter ire poterant Unde ioseph videns puerum ihesum non vi-
dentem putabat eum esse cum maria et similiter maria. Sic ergo venirunt
iter diei unius ambo sine puero et tunc eum se reliquisse
percepissent secunda die quesierunt eum inter cognatos et notos
Eo quod non invento tercia die regressi sunt ierusalem Utique completo
triduo amissionis eius in quo sanctum gloriosum consignatum est tri-
duum mortis eius in quo ... amissus est. Invenerunt eum
tamquam sapientem sedentem in medio doctorum sedentem sed tamquam
exemplar humilitatis prius audientem et querentem quam docentem
quia qui prius ludit quam ... interrogabat ergo non
ut disceret sed ut nos doceret quod vel hominibus docti ... pre...
debent ad audiendum quam ad docendum cum audiens sapiens sit.

Post hec ad plenum xij annos saluator impleuerat in templo sedens de
medio legis inter doctores magis docet quam discit uel interrogat Richardus
Humilitas uirtutis xpi quanto confundit superbia iuventutis parum
quid scio uel potius se in maior etiam scio non possum an sederet
inter magistros et contans propinquis adloquendum uelox ad docendum tar
dus ad audiendum Respius tanto tempore silens incipit in matre gloriam
timebat utique si nos non sibi strenui ex glosis conuentum ergo descen
dit cum eis in nazareth reduceret deus ergo xpo et tunc excelsa deitatis
tunc infirma humane fragilitatis ostendit. Itaque qui filius dei in templo
commoratur qui filius hominis cum parentibus quo uellent regreditur. Et
erat subditus illis. Ecce quod parentibus debeamus ostendit. Dicitur
autem ibi esse puteus fons de quo puer ihesus hauriebat et ministrabat
matri. Comestor. De primis iudee procuratoribus et morte augusti
tiberius ante de athenodoro quodam stoico. Lxiiij.

Archelai regnum in prouinciam redacti procuratores mittuntur a cesare
quorum qui cohorti ... consiliarij succedit ad missis
in iudeam equestris ordinis. Multi sane iudeorum et maxime
quidam galileus symon nomine increpabant quod preter deum dominos
ferrent mortales tributarii romanorum. Coponio enim procurante in
iudeam die azimorum cum mos esset media nocte templi portas aperi
ri samaritani quidam occulte uenientes in ea per totas porticus
et per totum fanum ossa iecerunt mortuorum. Et ex hinc maior templi custo
dia cepit adhiberi et ante diem porte non aperiri. Eo tempore
philippus tetrarcha reparans iudeam uocauit in honore iulie uxor
is cesaris paneas quod cesaream philippi dixit. Coponio
de roma reuerso successit ei marcus sub quo salome soror hero
dis defuncta est. Et huic successit annius rufus sub quo mortuus
augustus cum regnasset lvj annos et menses vj dies x. Ex
quibus xij annis antonius cum eo regnauit. Cum ii xlij anno
regni eius natus esset dominus qui xv anno tiberij sub tiberianis
pilato cesarem mortuum dominum quindecim annum agente. Hic in do
ty lvi tantos annos regni sui ponunt. Mortuus est anno uite
sue lxxvj apud appellam in ... campanie gloriatus se urbem
lateritiam relinquere quam marmoream inuenerat. Et sepultus
est in martio campo. Eusebius in cronicis. Eo tempore athenoro
dorus tharsensis stoicus philosophus et uarro et flaccus grama
ticus clari habentur. Auctor Athenodori legitur ex illa sententia. Tunc
scito te omnibus cupiditatibus esse solutum cum eo perueneris ut nichil
deum roges nisi quod possis rogare palam. De ouidio poeta
et scriptis eius. Lxv.

Eodem tempore legitur ouidius naso floruisse
qui scripsit multos libros metricos. Ex quibus sunt de uite
libellus unus in metrorum li. i. epistolarum li. i. sine titulo lib.
iii. De remedio amoris li. i. de arte amandi scripsit li. iii. me
thamorphoseos li. xv. De fastis li. vj. de tristibus li. v. De ponto.

li° 1°. Ex hijs omnibus pauca eleganter dicta et ea proprie que moralia
videntur. Carpe et hic super nobis Ovidius in l. de nuce. Pertimet
insidias qui scit se fore amator. Cur timeat tutum carpit inanis
iter viator Bambusio c. Nunc longius absunt natiuum retinet
immolata deus. Mente leba sequitur. Res timida est omnis miser
quam in viam. Desinet eo plus quam ignibus humor et tepidus
gelido flabit ab axe nothus et nox estiuo brume miscebitur. Eos
atque cadens regio vesper et ortus erit. Quam sic in certa positus
que supplicia carmine gratia commissis improbe rupta tuis. Pax erit hec
nobis semper dum vita manebit cum pecore infirmo que solet esse lupis.
Terra tibi fruges amnis tibi deneget undas. Deneget afflatum ventus
et aura suos. Nec tibi sol calidus nec tibi sit lucida phebe. Destitu-
ant oculos sidera clara tuos. Nec tibi vulcanus nec tibi se prebeat
aer. Nec tibi det tellus nec tibi pontus iter. Exul inops erres alie-
naque limina lustres. Exiguumque petas ore tremente cibum. Nec corpus
querulo nec mens vacet egra dolore. Noxque die gravior sit tibi nocte
dies. Sisque miser semper nec sis miserabilis ulli. Gaudeat adversis
femina virque tuis. Cum mala cum tuleris plurima plura feras.
Causaque non desit desit tibi copia mortis. Optata fugiat vita co-
acta necem. Luctatusque diu cruciatos spiritus artus deserat et longa
torqueat ante mora. Ovidius in libro epistolarum Epistole morales
r Res est solliciti plena timoris amor. Tarde que epistolarum eius. C vj
credita ledunt credimus amor. Eventusque commisso spes venit
equa venit. Exitus acta probat. Ars fit ubi a teneris crimen condiscitur
annis. Perlege quodcumque est quid epistola ipsa nocebit. Te quoque in hac
aliquid quod iuvet esse potest. Scilicet ut teneros ledunt iuga prima
iuvencos. Frenaque vix patitur de grege captus equus. Sic male
vixque subit primos rude pectus amores. Sint procul a nobis iuvenes
ut femina compti. Quod caret alterna requie durabile non est. Hec re-
parat vires fessaque membra novat. Leniter ex merito quicquid patia-
re ferendum est. Que venit indigne pena dolenda venit.
Nulla reparabilis arte lesa pudicitia est. Tangendo sat. promittas
non bene consortes impia dextra colit. Credula res amor est. Nunc
libet irati ipse dat arma dolor. Cepisti melius quam desinis
ultima primis cedunt. Dissimiles hic vir et ille puer. Quam male
inequales veniunt ad aratra iuvenci. Tam premitur magno
coniuge nupta minor. Cedunt anno perimendi nulle signum mors
est minus pene quam mora mortis habet. Imperat heu sperans? timide
non imperat ire. Possidet et incestis regna amore suis. Erubu-
eruntque pudor detrahit oculos quod fatis intacita signa fate-
bis erant. Spes bona dat vires. Spes bona sollicito victa
timore cadit. Saepe est supplicij causa fuisse primus. Non faciunt
molles ad fortia tela lacertos. Ingenium duris desinit esse
malis. Quis enim celavit ignem lumine nam semper proditur

ille suo certamine premia magna movet. Illa acceptissima
semper munera sunt auctor que preciosa facit. Est virtus placidis
abstinuisse bonis. Tarda solet magnis rebus inesse fides. An
nescis longas regibus esse manus. Velis intendere spiritum
// prosa iniuria passis. Flamma recens parva sparsa resedit aqua. Certus in hospi-
tibus non est amor errat ut ipsi. Cumque nichil speres firmi-
us esse fugit. Sed nimium properas et adhuc tua messis in herba est. Sal-
litur augurio spes bona sepe suo. Ambiguo medio in noctes captat
et annum. Adulter stupida credimus esse tamen. Explicit liber sine
titulo primus. Flores libri sine titulo. Centesimo septimo
Que sit quod bene fit Romeus aquila simul timeo quia facta
multa prius. Exemploque metu terreor ipse mei. Minuit vim
ocia dolorum. Nullis infirmas adimunt ira manus urbibus
obsessis clause munimina porte persunt. In media pace quod
arma times. Nox et amor vinumque nichil moderabile suadent
Illa pudore caret liber amorque metu. Ludunt formose casta
est quam nemo rogavit. Labitur occulte fallitque volubilis etas et
celer admissis labitur annus equis. Cede in res et ingenio
sua dare sit cito perniciosa perfida porrecta manus impia sub dulci
melle venena latent. Quem dicunt nullosque labes sepe
est senecta et longas hiemes perpetiamque sitim. Militat omnis
amans et habet sua castra Cupido. Que bello est habilis Veneri
quoque convenit etas. Turpe senex miles turpe senilis amor
Sepe soporatos invadere profuit hostes. Victique resurgunt
quosque neges umquam posse iacere cadunt. Non bene conducti ven-
dunt periuria testes. Non bene selecti iudicis archa patet. Non
est ... sordida preda bonis. Carmina quam tribuent fama
perhennis erit. Explicit incipiendo De eodem. Cviii.
Nec tacito vultu scire futura licet. Tunc etiam somnum pinguem
et frigidus aer et liquido tenui gutture cantat avis. Pascitur
in vivis livor post fata quiescit. Cum suus ex merito quemque
tuetur honor. Rarus amor est umquam qua tacuisse labor. Culpa
nec ex facili quamvis manifesta probatur. Felix qui quod amat defende-
re fortiter audet. Non mihi sunt vitium et sic ... Odi nec
possum cupiens non esse quod odi. Ecquis amore ... qui ...
... aspice ut virtus ... sortis assiduo ...
... libere ... Sed decuit reges ... mihi tur-
pe putem. Pigra velut tanti ... in hoste in hoste ...
... Infelix tota quicumque quiescere nocte sustinet et somnos
gelide nisi mortis imago longa quiescendi tempora fata dabunt
Credite tardanti multa puella nocet. Vult avarus opes

premia magna vocat. Stulte quid est somnus

et que lassavit eundo equora primus naufragos arce bibit
Sed vos respiciat tellus in sinu soluto. Candidus in municipio pan
me introduxit et me collocavit ad dexteram partem paradisi dicens. Ecce
modicum sustine et videbis ingredi omnis humani generis patrem adam
cum filiis suis sanctis et iustis christi crucifixi. Audientes sancti verba latronis
una voce dixerunt. Benedictus dominus omnipotens deus eternorum qui tales
gratias peccatoribus dedit et eos ad paradisi gratiam reduxit vitamque sus-
cipiendam amen. De fine narrationis et eius descriptione lxiii.

Hec sunt misteria que vidimus et audivimus. Certa amplius enar-
rare permissi non sumus sicut contestatus est nos michael ar-
changelus. Qui et nobis iussit ire trans iordanem in locum optimum et
pinguem ubi sunt multi qui nobiscum resurrexerunt et tribus diebus
permissi sumus in albis celebrare pascha domini viventibus parentibus
nostris in testimonium resurrectionis domini nostri ihesu christi. Post quos tres dies ra-
pti sunt in nubibus omnes qui nobiscum resurrexerunt et trans iordanem
perducti sunt atque amplius a nemine visi sunt. Igitur postquam
scripserunt hec omnia singuli in thomis carte. Karinus quod scripserat
dedit in manus anne et cayphe et gamalihel. Lenticius autem quod scripse-
rat dedit in manus nichodemi et ioseph. Et subito transfigurati
sunt candidati nimis et non sunt visi amplius. Scripta autem eorum
inventa sunt equalia nichil magis vel minus littera una. Hec igitur
admiranda karini et lentici dicta audiens omnis synagoga iudeorum
dixerunt invicem. Vere a domino facta sunt ista. Et exeuntes de synago-
ga cum magna sollicitudine et tremore percucientes pectora sua abie-
runt unusquisque in propria. Hec autem statim omnia ~~statim~~ ioseph et ni-
chodemus nunciaverunt pylato presidi. Qui scripsit omnia et posuit
in codicibus publicis pretorii sui. Comestor. De ascensione domini lxiiii

ute die igitur ascensionis apparuit dominus accies ut
super eam cum ipsa eo die bis semel f. xi. apostolis comedentibus
in cenaculo omnes sequendo tamen apostoli quam alii discipuli nos et

mulieres habitabant in illa parte urbis que dicitur mello scilicet in monte
Syon ubi david construxerat sibi palacium et ibi erat cenaculum
illud grande stratum in quo precepit dominus sibi parari pascha ubi tunc
habitabant apostoli xi. Ceteri autem discipuli et mulieres habitabant longius per
diversa hospitia. Et cum comederent xi in cenaculo apparuit eis dominus et
exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis et comedit cum eis. Et con-
uescens precepit eis ab ierosolimis ne discederent sed expectarent
promissionem patris. Hoc ideo precepit eis ~~[illegible]~~ ut crederent. Deinde
Et statim evanuit ab oculis eorum. Statimque post comestionem apostoli
xi. et alii lxx discipuli et mulieres deinde conuenerunt ipsi cum domino
Bethaniam venerunt in montem oliueti et statim dominus iam apparuit eis.
Tunc qui conuenerant ceperunt eum interrogare dicentes Domine si in tempore
hoc restitues regnum israel temporale scilicet quantum ad quosdam imperitos et
carnaliter sapientes qui videntes alienigenas regnare et iudeos esse
sub potestate habebant de restitutione regni. Alii vero magis instructi
de dilatatione ecclesie. Non est vestrum nosse tempora etc. Sed de
hiis que ad vos spectant estote solliciti quia vos virtutem accipietis
virtutem supervenientis spiritus sancti cum igitur virtute roborati eritis mihi testes
primo hic post in ierusalem post in iudea postea in samaria tandem usque
ad ultimum terre ac si tacite diceret non de regni illius restitutione non
solum israel sed etiam omnes iudee fines et samarie mundi et tamen
brevi fama predicationis penetraret. Primus siquidem predicatio est in iudeorum
sed post lapidationem stephani et mortem iacobi gladio occisi egressi sunt
dentem predicantes in finibus iudee postea transierunt ad samaritanos
et inde processerunt per universum orbem. Et ad hoc dixisset elevatis
manibus post benedictionem videntibus illis elevatus est. Et quasi de globo
quodam baiule nubis ascendit ut per hoc ostenderetur quia omnis creatura
parata est obsequi creatori suo. De loco ascensionis dicit sulpicius
ipsius intimamus quia cum ibi postea edificata esset ecclesia locus ille
in quo institerunt vestigia christi ascendentis nunquam sterni pavimento
ymmo respuebant marmora inorata collocantium. Calcatis etiam pulveris
adeo est dicitur documentum quod vestigia impressa cernuntur et eandem
adhuc speciem includi possit vestigiis terra custodit. Cumque iam dominus rap-
tus esset aspectu eorum ad celum suspensis vultibus aspicerent in celum
missi sunt angeli ut mestos de absentia domini confortarent et ut dominum
in celum ascendisse demonstrarent i. in regionem angelorum non sicut helias
qui raptus in curru igneo ascendit usque ad sublimiorem regionem
unde ea transcendit sed hic translatus est in paradisum terrestrem qui adeo
eminet ut pertingat ad sublimiorem aeris. De reditu discipulorum
in ierusalem et electione mathie et predicatione ioseph. lxv

Post quam vero ascendit ihesus reversi sunt discipuli a monte qui vocatur
oliueti per coplam oliuarum sabbati habens iter. i. tantum sabbati di-
stans a ierusalem spacio miliarii qui non ampliori spacio habebat in
deis in sabbato progredi deambulare ut de villa nunquam erant sed per mille
passus poterant terra deambulare iuxta dicitur quod a monte tamen [illegible]
Dic autem dicitur est mons oliueti quia de nocte propter accidentes illum
[illegible] ignem templi qui erat in eo maltari mane propter [illegible]
li [illegible] redundat radios solis antiqua illustrare cum hoc habebat
copiam olei quod est fomentum luminis. Cumque reversi essent in ierusalem
omnes una venerunt apostolos usque ad eorum hospitia quo conduxerunt. Tunc

apli accesserunt in cenaculo ubi manebat petrus In diebus illis
i. in ipso medii temporis inter ascensionem et adventum spiritus sancti in istorum loco
unde electus est in apostolum mathias unus ex lxxii discipulis qui christum mi
racula videntes et doctrina audierunt Nam statuerunt apostoli duos illos
aliis presentes ioseph qui vocabatur barsabas qui cognominatus est iustus
et mathiam deinde laude subditur quia plane sufficit ei de apostolatu
elegi Joseph non contendat ne tamquam indignus repulsus videatur Iste io
seph fuit frater unus apostolorum filiorum alphei nec fuit apostolus Ex maturel
li ioseph perditam omnes et sanctitatis officio inserviens multaque pro fide christi
persecutione audacis sustinens victoriosissimus fuit in iudea quievit
De quo refertur quod venenum bibit et nihil inde lesus triste pertulit Et diu
fide huius natale recolitur iii kl augusti Comestor Et dederunt eis sor
tes et sors cecidit super mathiam et annumeratus est cum xi Non est vero vite
dum sortibus ut tradit ieronimus probat auctoritate quia privilegia paucorum
quorum legem non faciunt. Non enim deus sed unum signum legalis assignatur
ideo posite sunt sortes sicut in veteri testamento sepe fuit legitur Si quis
cum appellatur uti sortibus apostolos imitetur premissa oratione ad domi
V num vero die penthecostes [illegible] De adventu spiritus sancti. lxvi.
Impleto cenaculo discipuli fuere cxx utriusque sexus promissionem
spiritus sancti expectantes et in ordine fragor quidam insonuit in aere tam
quam advenientis spiritus sancti vehementis. Sed nec spiritus sanctus dicitur vehemens
autem i. amotis affatibus alienas vel impetus quod ait ille carnalem
merito dicitur vehemens qui vetus adimens i. eterna dampnacione Et
replevit sonus ille vel spiritus sanctus omnes in domo sedentes Et ap
paruerunt illis dispertite lingue tamquam ignis i. radioli ignei in modum
linguarum insidentes capitibus singulorum Ipsa autem species datur in qua
spiritus sanctus visibiliter descendit ad quem visum tunc descendit in apostolos
expressit Species in igne audit spiritus sanctus tunc eis datur ex ad vo
bis Species linguarum adsciam ligua in sociam expletat ignis vero
testam voluerat Datus est etiam spiritus sanctus apostolis ante passionem
quo missi sunt ad predicandum et dixit eis Egros sanate de
mones eiicite per quem ibi quoque datus est ad aliud usum quando in
sufflavit et dixit accipite spiritum sanctum et c. Tunc ceperunt loqui va
riis linguis erant autem in ierusalem iudei viri religiosi ibi morantes
habitantes et per illos multi alii supervenientes fuere ex omni natione
que sub celo est quia multis captivitatibus dispersi fuerant iudei pre
cipue sub antiocho epiphane que captivitates fuerant memorie
sunt sed tamen ad diem festum omnes convenerant audito autem fragore
qui insonuerat in aere convenerunt omnes ad discipulos loquentes
et mirati sunt quia audiebant unusquisque lingua sua illos
loquentes Alii autem irridebant eos dicentes quia musto pleni
sunt i. vehementer ebrii quia vehementior erat ebrietas de mu
sto quam de vino defecato actor Dicit glosa quod quamvis hec dicunt
irridendo musto tamen non repellat quia non vino veteri quod de
impiis deficit sed musto gratie spiritualis erant impleti Deus

dico in mathco Nemo mittit vinum novum etc Copat eam spus sanctus
unito appt plures apcetes ?paratur eciam igni ut sup dictum est Quia
sicut ignis i sua na e invisibil sed asumpto alio corpe vr et
diversi colors appact appt matheias in quo credit sit spus sanctus vi
deri no pt nisi p effectus i quibus opat Primo ecia commit peta
pgat corda. accendit affectum illumi intellectum ut i igne sunt non
quin septe dona spus sancti Pro eam spus sanctus opat igni quia
pgat pdcm timoris e amor eum deum expellit petum Ste ligsat
pdcm pietatis sicut ignis metalla cera et pinguia Ste et pgat
pdcm scie sicut ignis et terogenea ut diversa metalla in una
massam Sic eam et spus sancte qui docet bene quesui int hoies
coniungit eciam mal bonos Unde id habitabit lupus cum agno etc
repleta e tra scia dum etc e qui habitare fecit unius mor
in domo Pro consolidat pdcm fortitudinis Unde apli recepto igne
spus sancti ita sunt robati quod qui prius audebant cum modico timore
iam ibant gaudentes a conspectu concilij etc Quia amit tamque testa uti
coop igne spus sancti Pro elevat pdcm consilij usque ad celum Sicut
vade et vende oia etc et habebis thezaurum i celis Pro illumat pdcm
intellectus unde id docebit nos omnem veritatem etc Pro accedit pdcm
sapie quo gustat celestia et quanto plus gustat tanto fervencius
desiderat unde id Qui edunt me adhuc esurient etc ut e ignis qui in
gitur solet ardere in altari cordis unde lege de quo et Ecclesiastes
cor m. etc Igne veni mitte etc Comestor De predicatione petri
+ nunc surgit petrus cum xi outri et q. oc viij° inlbrz lx vij°
dens eos no ee ebrios sed spu sco repletos ab illo misso
quod ipi intellerant unde prophetas de ipo predictas sicut in dictis
q pvecti sunt corde Et ita impleta e prophecia Iohelis quia per igne
spus sanctus sicut et fumus q pvectis ad quos petrus penitentiam i est
agite et baptizamini et accipietis donum spus sancti ut loquimini varijs
linguis. sicut et nos. Et eam cat sig. sermon hac i prima ecclia
quia fere omnes ascendentes de lavacro logebant varijs Et apposite
sunt fideles die illa sicut illa die penthecostes cum erat tria mi
lia vult aut quindi claudus ainatu qui cum glo palitte q dr
mor porta templi quod dr speciosa a speciali quod ornatu quod app
osuit ei alexander iudaici sed eciam posuit herodes aquila au
ream et erat porta atrij virorum iudeorum Iste rogabat petrum et
iohem ut elemosinam acciperet ·cum ascendissent i templo atque petrus
argentum in quit et aurum no e mihi quod aut habeo hoc tibi do. Et
apprehensa manu eius dexterum elevat eum et protinus sanatus e dixit
petrus populis admirantibus sup hec miraclum locutus est ad eos Quid
intuemini nos qui virtute nostra hunc fecerimus Sed deus patrum nostrorum
glorificat filium suum quem tradidistis et negastis nunc eius i. nois
in vocatio dedit isti sanitatem Cum supervenerunt sacerdotes et
magistratus templi et indignati sunt omnes quod ita magnificabant
eum quod ipi depinxerant qui nate eos saducei specialiter dolentes
quod predicabat resurrectionem quod ipi pre negabant Et iniecerunt manus
in eos et posuerunt i carcerem illa autem qui audierunt verbum dei
ecop crediderunt et fuerunt qui circa die ad fidem conversi sunt v altera
aut die congregati sunt principes sacerdotum i quorum principatum habebant
inter pontifices annas qui omnibus et kayphas et alexander et
iohannes qui prius cum erant concelebrantes et quod erant de gener

sacerdotali et seniores et pharisei traditionum zelatores et scribe legis expositores. Et vocatos eos denunciaverunt ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Ihesu. Ad quos illi: Non possumus in quantum que vidimus et audivimus non loqui. At illi comminantes dimiserunt eos non invenientes in eos modum in ore [illegible] propter populum. Dimissi autem venerunt ad suos in Syon et nunciaverunt eis. Cum oravissent motus est locus in quo erant congregati. Et in tercio motu iterum missus est spiritus sanctus et loquebantur variis linguis verbum dei cum fiducia. De communitate vite in primitiva ecclesia lxxviii°

Multitudinis vero credencium erat cor unum. Erant illis omnia communia quia nec [illegible] et non sit erat Ioseph levites Cyprius genere cum haberet agrum vendidit illum et precium posuit ante pedes apostolorum. Videtur quod contradixisse levites ad ditari in Cypro genere ut audivit natus in dispersione et gentilis [illegible] et ipse Cypri. Et est advertendum quod ubi dicit superius loco et tercio [illegible] fuisse sodalem Pauli non illum qui cum Mathia statutus est quia hic Barnabas ille Barsabas appellatur [illegible] nomine in epistolis facit addit ut quasi ad illum dictum faciat. Vir autem quidam Ananias cum Saphira uxore sua voluit esse in collegio iustorum ut haberet necessaria vite sine labore. Et cum vovisset non solum votum defraudavit de precio agri sui conscia uxore. Quod statim providens Petrus in spiritu ait: Non es mentitus hominibus sed deo, qui scrutatur corda. Audiens Ananias hec verba cecidit et expiravit. Cum in primo promulgantur leges solet ad eas sanciendas terribiles vindicte fieri ut legis rigorem promulgate sanciat sanccitas vindicte. Unde in initio legis nature [illegible] pollutione lingue in sabbato lapidatus. Quod in initio sacerdocii duo filii Aaron igne consumpti sunt pro oblato igne alieno. Factus est autem timor magnus in omnes qui audierunt. Similiter accidit et uxori eius et sepellierunt eam iuxta virum suum. Fuit enim consuetudo Hebreorum ut [illegible] carnis sequeretur maritus mulierem et quod mulier formata de costa viri. De constanti predicatione et miraculis apostolorum et Gamaliele

Per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia et sc. lxxix augebatur credencium multitudo. Et ponebant in plateis infirmos in lectulis et grabatis ut veniente Petro umbra corporis illius obumbrati liberarentur ab infirmitatibus suis. Quod Petrus privilegiatus est in miraculis et maiora legitur fecisse quam Christus. Exurgens autem princeps sacerdotum et saducei repleti sunt zelo et iniecerunt manus in apostolos et posuerunt eos in publica custodia. Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris eduxit eos. Intraverunt apostoli diluculo in templo et docebant plebem. Cum abiisset magistratus cum ministris et adduxit eos sine vi non audens facere eis violenciam propter populum qui favebat eis. Et statuerunt eos in concilio. Et ait eis pontifex: Precipimus vobis ne doceretis in nomine isto. Sed Ihesu et ecce replestis Ierusalem doctrina vestra. Et responderunt: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Hec audientes dissecabantur cordibus suis. Et exurgens phariseus Gamaliel legis doctor honorabilis universe plebi precepit ut ad breve amoverent. Iste Gamaliel ut dicit Clemens in quadam epistola sua fuit discipulus apostolorum scilicet et Nicodemus. Et de consilio apostolorum erat inter Iudeos ut sepe mitigarent furorem eorum adversus eos. Cum ergo: Viri Israelite attendite vobis quid acturi estis super hominibus istis. Ac si diceret: Non debetis subito iudicare sed expectare. Quia si opus eorum est opus hominum per se destruetur. Si autem est opus dei stabit nec poteritis destruere. Et hic

audit quod duorum prius theode et inde galilei + theodas magus ut tradit
iosephus dicebat se prophetam ad cuius persuasionem multa vulgi cum omnibus
suis et sublatis quas habere poterant facultatibus venerunt ad ripas iordanis
et promisit se facturum per imperium ut divideret iordanis et transi-
rent sicco pede sicut transierunt filii israel Et dum captaret in turbas
illa supervenientes fadus procurator presidis syrie cum multitudine equitum multos
occidit et caput ipsius theode ierosolimam portatum post hunc ex-
stitit iudas galileus in diebus professionis id est descriptionis universalis
ab augusto facte qui unus quisque solvens censum capitis profite-
batur se subditum romano imperio Iste iudas galileus fuit caput
[illegible] et ut tradit iosephus persuadebat iudeos ut negarent tribu-
ta romanis asserens eos qui decimas et primitias deo solvebant
non debere solvere tributa hominibus Et in tantum prevaluit hec eius doctrina
ut pharisei et magistri [illegible] quod absque dubio non solvendum
esset tributum cesari propterea periit ipse et quod [illegible] ei consenserunt
Consenserunt igitur exhortationi gamalielis et flagellatos dimise-
runt

## De septem diaconibus ad ministerium electis lxx

Crescente numero discipulorum id est christianorum factum est murmur grecorum
id est advenarum gentilium in civitate conversorum adversus iudeos qui
fuerunt in dispersione non et in terra grecorum multi advene [illegible] eo quod
viduae grecorum in cottidiano ministerio non admittebantur quia
ministerio cottidiano vacabant Audientes hec apostoli convocatis multitudinem
dixerunt Considerate viros ex vobis boni testimonii
ut episcopi non fuerunt qui possint ministrantibus nos vero orationi et predi-
cationi vacabimus Elegeruntque viri Stephanum et philippum et prochorum
et nicanorem et timonem et parmenam et nicolaum advenam
antiochenum Hos statuerunt illi qui elegerunt ante conspectum apostolorum
et orantes apostoli imposuerunt eis manus Hos viros sicut in ecclesia
archidiaconi propterea instituti ut portarent pondus negotiorum ut episcopi
liberi vacare possent orationi [illegible] episcopi et tempore ecclesie dispensandum
archidiaconos ad usum ministratoribus mensis conspectus providentia quadam
cautela dant operam quia ministratio hec ex auctoritate ipsorum
[illegible] manus imponant diaconibus in ordinatoribus Qui ac
manus eis non imponunt secundum quod auctoritate Beda ordinandum
dictum est et orantes imposuerunt eis manus dicit intelligendum
ec factum propter quod per ea tempora ordinarentur ministros sacri al-
taris et dominici sanguinis et tunc eis manus posuerunt [illegible]
et sacerdotibus tantum ordinantur manus imponuntur: Verbum ac domini cresce-
bat et multiplicabatur numerus discipulorum in ierusalem multa coetus tur-
ba sacerdotum obediebat fidei

## De lapidatione stephani et prima dispersione ecclesie lxxi

Stephanus autem plenus gratia et fortitudine faciebat
prodigia et signa in populo Surrexerunt autem quidam de sinagoga
disputantes cum Stephano et non poterant resistere sapientie
et spiritui sancto quo in eo loquebatur Tunc submiserunt duos fal-
sos testes qui testificarentur eum dixisse blasphemia in deum et
in moysen Et dixit ad eum princeps sacerdotum Numquid hec
ita se habent Tunc aggressus est stephanus facere gradatim sermone

in quo quia arguebat de blasphemia iudeos et in moysen legem p-
mittit tempore sacerdotes dei dicens Deus qui locutus est in patribus
et prophetis est deus maiestatis et glorie et statim ascendit ad com-
mendationem moysi inchoans ab abraham .s. commendationem patrum
a quibus descendit moyses propterea quod dicebat eum destruere legem lo-
cum subditur commendationem tabernaculi et templi Tabernaculum est
testimonii fuit cum patribus nostris in deserto sicut disposuit deus ad
moysen loquens ut faceret illud secundum formam quam viderat in monte
quod tenuerunt patres nostri usque in diebus david In diebus autem
salomonis templum tabernaculo successit Propterea incepit eos argu-
ere propter pungentem sermonem obiecto dura ceruice et incircumcisis
cordibus et auribus vos semper spiritui sancto resistitis sed et patres
vestri Ceterum stridebant dentibus in eum In medio autem in celo vidit
gloriam dei Et ait ecce video celos apertos Tunc exclamantes
clauserunt aures suas quasi ab horrenda audientes blasphemiam
et impetum fecerunt unanimiter in eum et eicientes eum extra
civitatem lapidabant Et testes duo .s. falsi quia in lege domini dicitur
est de blasphemo prima manus testium lapidabit eum deposu-
erunt vestimenta sua ne inquinarentur tactu illius secus pe-
des adolescentis sauli Positis autem genibus clamavit domine ne
statuas illis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt Multi enim
ex his ipsum occidentes estimabant se implere legem et facta
persecutio magna in ecclesia que erat iherosolimis ita quod omnes di-
scipuli preter apostolos qui ut pastores gregis aderant erant constantiores
dispersi sunt per regiones iudee et samarie clerici In hac disper-
sione leguntur esse inter discipulos quos ipse fuisse iudee inter quos
fuit beata maria magdalena et soror eius martha cum beato ma-
ximino postmodum aquensi episcopo et aliis pluribus de quibus dicitur
in fine legitur Comestor Tunc apostoli prudentes quod ad gentes in poste-
rum erant transituri providentes fidelibus qui erant in iherusalem rema-
nsuri Ordinaverunt Jacobum alphei episcopum ierosolimorum et imposuerunt
ei manus petrus iacobus et iohannes [illegible]
est electo consecraret Saulus vero devastabat ecclesiam distrahens per
domos trahens viros ac mulieres et detinebat in carcerem intendens
eos occidere quoniam custodierat manus eius ne sanguine innocentis
pollueretur Ceterum autem dispersi fuerant pertransibant de loco ad locum
evangelizantes De gestis philippi diaconi secundi et symone ma[go]
Philippus autem diaconus secundus a stephano descendens lxxii
in civitatem samarie predicabat ibi christum Et intendebant turbe v-
nanimiter hiis que a philippo dicebantur videntes miracula que
faciebat Erat autem ibi symon magus seducens gentem samarie in-
cantabat omnes estimantes eum appellant ut angelum aut dei filium
quia mentes eorum dementaverat .s. magicis artibus Sed ut autem
Cum crederent philippo evangelizanti de regno dei in nomine
ihesu christi baptisabantur Symon quoque videns philippum facere
miracula qualia et quanta ipse facere non poterat factus baptisatus
est ut familiarius ei adhereret et addisceret artem qua fiebant

posset fari. Cum autem audissent apostoli quia recepit verbum dei Sa-
maritani miserunt ad eos Petrum et Iohannem qui orabant pro eis ut
acciperent spiritum sanctum visibiliter. Constat enim quod invisibiliter acceperant cum
baptizati essent in nomine domini Iesu. Constat quod Philippus fuisse
diaconum non apostolum quod tamen videtur contra glo. super hoc. Unde manuum impo-
sitionem reservant apostolis quod speciale hodie reservatur solis pontificibus
i. episcopis qui manus imponunt et frontem liniunt in confirmatione
ubi datur spiritus sanctus ad robur. Cum autem vidisset Symon quod
per impositionem manuum apostolorum daretur spiritus sanctus obtulit eis pecuni-
am volens emere hanc potestatem ad lucrum. Ad quem Petrus: Pecunia
inquit tua tecum sit simul quod donum dei existimasti pecunia possideri. Cor enim tuum
non est rectum coram deo. Penitentiam itaque age ab hac nequicia tua
et roga deum si forte dimittatur tibi. Symon autem sciens se indi-
gnum adeo confundi noluit orare. Sed ait apostolis: Precamini pro
me ut nil super me veniat horum que dixistis. Petrus vero et Iohannes re-
dibant Ierusalem et multis civitatibus Samaritanorum evangelizabant.
Auctor autem Symone mago et nomine hunc Symoniaca heresis
cuius hunc scelerum auctor primus fuit in novo testamento. Sicut et Giezi
in veteri testamento unde proprie dicuntur Giezite venditores spiritualium. Symo-
niaci autem emptores eorum vel spiritualium tamen utrique dicuntur simoniaci.
Est enim symoniaca studiosa voluntas emendi vel vendendi spi-
rituale vel annexum spirituali. Comestor. Angelus autem domini
locutus est ad Philippum dicens: Surge et vade contra meridianum
ad viam que descendit a Ierusalem in Gazam. Et surgens abiit.
Et ecce vir ethiops eunuchus potens de domo Candacis regine
qui erat super omnes gazas eius. Erat enim consuetudo eunuchorum
custodire thesauros potentum. Venerat enim adorare in Ierusalem et ut
traditur in aliis historiis primum attulit multa dona templo in
Ierusalem Candacis. Nam omnes regine Ethiopum dicebantur sicut Romani
imperatores Cesares. Nec habebat regem regio illa sed reginas. Cum-
que reverteretur ethiops ille sedens super currum et legens Ysaiam prophetam
rogavit Philippum ut ascenderet et sederet secum. Cui evangelizabat
illi Iesum et baptizavit eum. Et cum ascendissent de aqua spiritus
domini rapuit Philippum et inventus est in Azoto. Ex martirologio.

De transitu eunuchi Philippi ceterorumque dyaconorum. lxxiii.

Et Philippus diaconus signis et prodigiis inclitus apud Cesaream
requievit. Iuxta quem tres virgines filie eius prophetisse iacent
tumulate. Huius natale celebratur viii° idus iunii. Item iiii° idus
ianuarii apud Ciprum natale beati Nichanoris diaconi de vii primis
qui magna gratia fidei virtute admirandus gloriosissime coronatus est. Item
v° kl. februarii Philippis natale beati Timonis de vii diaconibus
qui ut traditur gentes dei assiduus ministerio officium predicationis plena
fide consumans martirii gloriam adeptus est. Item v° idus aprilis
natale sancti Prochori diaconi de illis vii qui et fide et miraculis preclarus
apud Antiochiam miro consummatus est. Item xiiii° kl. maii na-
talis beati Parmenis diaconi de vii primis. Nam primus apud Beroeam
doctor resedit ac deinde verbum domini disseminans venit Corinthum
ibique Iudeis et Grecis ut traditur primo predicans in lectus

sed verus heresis est. Deinde cruci affixus martirium complevit. Ex
scribis in cronicis. xx. l. iiii. Porro nicholaum unum ex vii.
nicholaite heresis sue actorem se esse iactabant. Sed clemens
alexandrinus in iiii. stromatum libro sic de eo scribit. Nicholaus
inquit valde uxorem speciosam habuit. Et post ascensionem Christi cum dice-
retur ab apostolis tamquam de invidia zelotipie productam in
medium uxorem suam, siquis vellet eam habere permisit. Ex qua
occasione isti qui sub eius nomine sectam sibi ipse libidinis as-
sumpserunt promiscuos usus et illicitos concubitus appetunt. Agnoscit
autem compertum esse nicolaum nullam prorsus agnovisse mulierem preter
eam quam coniugem acceperat. Cuius et liberi femine quidem usque
ad ultimam senectutem virgines permanserunt filius autem et ipse
castitatem incorrupti corporis custodivit. Quod cum ita se habeat constat
illud quod in medio apostolorum pro zelotipie suspicione uxorem produxit
contemptum vero ac libidinis gestum quo prius continentiam se docu-
erat eius rei qua nimie videbatur conceptus compendia magis
quam continentiam carnis docens voluptatem. Comestor. De
conversione pauli et initio predicationis eius. lxxxiiii.
Paulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini i-
d est ad cedem corporum aspirans accessit ad principem sacerdotum et petiit
ab eo litteras ad synagogas que erant damasci ut eius auctoritate
si quos invenisset damasci huius vie viros ac mulieres vinctos
perduceret in iherusalem. Et cum appropinquaret damasco subito circumfulsit
eum lux de celo et cadens in terram audivit. Saule saule quid
me persequeris in membris meis. Durum est tibi contra stimulum
calcitrare i. potentiori rebellare. Viri autem qui comitabantur cum
eo stabant stupefacti audientes quidem vocem ipsius pauli non
eius qui loquebatur ad eum. Et surrexit de terra saulus qui erat ce-
cus corpore qui primo fuerat cecus mente. Ad manus autem illum
trahentes manibus i. suis manus eius tenentes tamquam cecum
ducentes introduxerunt eum damascum. Et erat tribus diebus
non videns neque manducans neque bibens. In quo triduo creditur
apostolus se didicisse evangelium ut gloriatur ad galathas. Nec te mo-
veat si quandoque legatur conversio eius facta primo anno dominice passio-
nis quia secundum alterum anno usuali qui incipit a kalendis ianuarii
vii kalendas aprilis de anno evangelii dicitur. Erat autem damasci quidam nomine
ananias et dixit ad illum in visu dominus. Vade in vicum qui voca-
tur rectus et quere paulum. Ecce enim orat. At ille dixit. Non est timendum
quia saulus est de saulo paulus de lupo agnus et ego revelavi
ei adventum tuum. Abiens ananias intravit ad eum et imponens
ei manus confestim ceciderunt ab oculis eius quasi squame et vi-
sum recepit. Et surgens baptizatus est. Et continuo ingressus per sy-
nagogas predicabat et confundebat iudeos affirmans quia hic est
Christus. Post hec autem notificate sunt ei insidie iudeorum quia custodie-
bant portas civitatis die ac nocte ut eum dolo interficerent. Non
iudei sed cives damasci precepto prepositi gentis arethe regis ad peticionem
iudeorum. Discipuli autem eius nocte demiserunt eum in sportam

per annos. Beda sup act9 aplor̄ dicit statim p9 baptismu suu
venit in urbem ad aplos s3 ut ipe galathis scribit p̄mo abijt in
arabiam et inde reūsus est damascu. vtrq3 et sua al 2a vice
puenisset insidias no fugale patet lector De questione assūptois
6 Eam vero dei genitricem ma bte uginis et qualit aplis reuelata
viam quedm scriptie dicūt 2o anno p9 ascensione est bxpr
dum migrasse de corpore et eodem ano resurrexisse atq3 i celu
corporalr assūptam fuisse. Ita mulct9 zimne epc q3 de dormi
tone eius scribit q3 a iohanne aplo tm quendam fuerat audisse
se asserit in hunc modum. Militus. Cum uniūg qui nobiscu et
cu aplis quersat9 est mo temerario discedens aīa instatie de
uirtutibus quadm aplor̄ multa vera dixit de doctrina et corp multa
mentit9 est. Sed et transitu bte uginis marie ita i pro de pūat.
stilo ut eciam dei no solu legē voluit s3 etiam audie ne
fam et sic nos q3 nos q3 ab aplo iohane audiuimus spliciter
scribentes ure fratt dirigimus. Cum dns ihus in cruce pe
dens meam sua iohni que pceteris discipulis diligebat comedat.
Ex illa hora in iohannis cura pmansit q3 diu vite huius incola
fuit transegit. Et cum apli inidu suis sortibus in pdicatione
suscepissent. ipa i domo parentu illius iuxta monte oliueti co
hercit. 2o uero anno p9q3 xpc celu ascenderat die quadam
desiderio xpi succensa lacrimatur Ecce angelus domini ante
eam astans salutat eam et addidit Ecce ramum palme de
padiso dei tibi attuli q3 portari facias an feretrum tuu cu in
die tercio fueris assūpta de corpore Ecce eī expectat te filius de
cu vnius uirtutibus celi Cui maria dixit Rogo te ut congreget
ad me oms apli dni mei Et annunc angelus cu magna
claritate discessit Qualit ad eam apli congregati ei filius suus
a corpus ūgo apparuit et anima eius i celum pmisit bxp
palmam illam que nimia claritate fulgebat egressa vi
in monte oliueti orauit et rediit. Ecce dum subito pdica
ret iohes in ephseso hora tercia die dominica tre mot9 fact9 est
magnus et nubes eleuans eu adduxit ante hostium domus ubi
erat maria Que videns eū exultauit dicens fili tertia die
de corpore discessurum. Audiens ei vestimenta sepulture sue et
palmam huius q3 acceperat monens ut illa ferri ante lectum
suum faceret cu ad monumentum pgeret Cui ille Quo ait ego
solus parabo exequias nisi venerint fres et coapli mei ad
reddendum honore corpusculo Ecce aut subito pmpiu de ioh
apli de locis in quibus pdicabat in nube rapti sunt et depositi
ante hostium domus ubi erat maria Inter quos eciam erat pa
ulus qui assūpt9 cu barnaba erat in ministerium gentium
et salutantes se in vice mirabant cur eos dns illuc congs
gasset. Cumq3 vnanimit orassent deum ut eis sui conuent9 sibi
ondret Ecce subito venit ad eos iohes et indicauit eis oia
Et intrassent aut domum salutauit maria Quibus ipa resa
lutans dixit No me fraudat deus i aduentu uro Nunc vos
deprecor ut oms vigiliam vnanimiter usq3 i hora illam
in qua dns veniet et ego sum recessura de corpore c usq3

convenissent et consolantes eam triduo dei laudibus vacarent. Die tercia
circa horam tertiam super omnes qui erant in domo illa sopor invasit nec
ullus vigilare potuit nisi soli apostoli et tres virgines que ibi erant.
Ecce subito descendit Ihesus cum multitudine angelorum et splendore magno
et angeli ympnum dicebant laudantes deum. Tunc ait dominus: Veni
electa mea et intra in receptaculum vite eterne. Tunc illa prostrata se in
pavimento adorans dominum et ait: Benedictum nomen glorie tue domine qui di-
gnatus es me humilem ancillam tuam eligere et archanum tuum
mihi committere. Memor esto igitur mei rex glorie. Tu enim scis quod
toto corde meo dilexi te et thesaurum michi commissum custodivi. Su-
scipe ergo me et libera de potestate tenebrarum ut nullus sathane
impetus michi occurrat ne videam teterrimos spiritus in obviam veni-
entes. Cui salvator: Quando ego missus a patre pro salute mundi
fuissem in cruce suspensus ad me princeps tenebrarum venit sed
nichil in me suum operis invenire valens victus abscessit. Tu quoque
videbis quidem eum lege humani generis per quam sortita es finem mortis
sed non poterit tibi nocere quia ego tecum sum et circa te. Veni igitur
quia expectat te celestis milicia ut introducat te in paradisi gaudia.
Hec dicente domino illa super lectum suum decubuit et gratias agens
domino spiritum emisit. Viderunt quoque apostoli animam eius tanti candoris esse
ut nulla mortalis lingua posset enarrare. Tunc ait dominus apostolis:
Accipite corpus et deferte in dexteram partem civitatis ad orientem et ibi
invenietis monumentum novum in quod ponetis illud et expectate donec veniam
ad vos. Hec dicens tradidit animam michaeli preposito paradisi et statim
discedens cum angelis ascendit ad celos. De quo sequitur eciam et mira-
cula per eam omnes lxxvij
· Tres virgines autem que ibidem erant
vigilantes susceperunt corpus et laverunt more funeris. Cumque spoli-
assent illud vestibus tanta claritate resplenduit ut tangi quidem
posset et lavari sed propter nimia luce choruscante non posset.
Cumque vestissent illud linteis paulatim lux illa subtracta est. Erat
autem facies matris lilii floribus similis et odor suavitatis magne exhalaba-
tur. · Tunc igitur sanctum corpus imposuerunt feretro. Et Iohannes quidem et Petrus
accipiens feretrum cantare cepit: Exiit israel de egipto. Portabat autem
Paulus cum eo corpus et Iohannes palmam ante feretrum. Ceteri vero
apostoli cantabant voce suavissima. Et ecce nova nubes super feretrum
magna valde sicut circulus in modum splendoris lune et angelorum exerci-
tus erat in nube tantam suavitatem emittens. Resonabatque terra
magne dulcedinis sonitu. Tunc egressi de urbe plus quam xv
milia hominum videbant dicentes: Quis est hic sonus tante suavitatis?
Dictum est illis: Maria mater Ihesu exivit modo de corpore et discipuli
eius laudes circa eam dicunt. Et respicientes viderunt feretrum
gloria magna coronatum. · Unus autem ex illis qui erat princeps
sacerdotum in suo ordine furore et ira repletus dixit ad reliquos:
Ecce tabernaculum illius qui nos et omne genus nostrum turbavit
qualem gloriam accepit. Accedens quoque voluit illud evertere et ad
terram deicere. Statimque manus eius aruerunt ab ipsis cubitis

et lecto adhesit. Et de manibus apostolorum feretro per se ipsum pendens
ibat et ipse ad eam adhesivat torquebatur supplicio vehementi. Ange-
li quoque qui erant in nube percusserunt plures cecitate. Tunc princeps
ille clamabat: Deprecor te sancte Petre ne despicias me in necessitate
qua crucior valde. Cui dicit: Non est nostrum tibi dare auxilium.
Si autem credis ex toto corde in dominum Ihesum accede ad corpus et osculare
lectum et dic: Credo in deum et dei filium quem ista portavit utero.
Et sic larga pietas eius qui salvat indignos dabit tibi salutem.
Quod cum ille fecisset statim omnis dolor recessit ab eo et sanatus
est. Tunc cepit deum laudare et de libris Moysi testimonium plane
de Christo reddere ita ut apostoli mirarentur et flerent pro gaudio nominis
domini. Petrus vero dixit: Accipe palmam de manu Iohannis et ingrediens
civitatem invenies plurimam multitudinem cecatam et annuncia eis magnalia
dei. Qui autem crediderint impones palmam super oculos eorum et videbunt.
Erat enim plurimus multus plangens et dicens: Ve nobis quia sicut facti
sumus sodomitis cecitate percussi. Cumque ille mandatum Petri complesset
qui crediderunt visum receperunt. Reliqui tamen ceci in duricia
cordis permanentes mortui sunt. Reversus autem princeps sacerdotum
ad apostolos retulit palmam enarrans omnia que facta fuerant. De se-
pultura eius et assumptione corporis in celum. lxxviii.

Apostoli vero portantes corpus ad locum destinatum posuerunt in
monumento novo. Circaque sepulcrum constabant sedentes cum
custodiam sicut preceperat dominus. Et ecce subito advenit dominus Ihesus cum in-
numerabili exercitu angelorum et claritate magna. Et ait ad apostolos: Pax
vobiscum fratres. At illi respondentes dixerunt: Fiat misericordia tua domine super nos
quemadmodum speravimus in te. Tunc salvator ait: Antequam ad
patrem ascenderem vobis pollicitus sum quod vos qui secuti estis me in
regeneratione etc. Hanc autem ex tribu Israel elegit iussio patris mei ut habitarem
in ea. Quid ergo vultis ut faciam ei? Responderunt apostoli: Si placet ante
potentiam maiestatis tue visum fuerat nobis servis tuis ut sicut tu de-
victa morte regnas in gloria, tua genitricis corpusculum resuscitans tecum
eam deducas in celum. Tunc ait Ihesus: Fiat iuxta vestram sententiam.
Precepit ergo Michaeli ut deferret animam virginis. Et paulo post
ecce Gabriel revolvit lapidem ab hostio monumenti. Et ait dominus:
Surge amica mea et proxima que non sensisti per coitum corruptionem
non patiaris in sepulcro corporis resolucionem. Statimque surrexit Ma-
ria de tumulo et provoluta ad pedes domini adoravit eum dicens: Non
possum domine dignas tibi grates rependere pro beneficiis que conferre dignatus
es michi ancille tue. Sit nomen tuum benedictum in secula. Dominus
autem osculatis apostolis et salutatis elevatus in nube recepta est in celum
et angeli cum eo beatam Mariam in paradisum deferentes. Apostoli quoque
nubibus suscepti reversi sunt unusquisque in sortem predicacionis sue.
Notar. Quid de presenti hystoria sentire liceat. lxxix.

Et hystoria licet inter apocriphas scripturas reputetur pia tamen et vi-
detur ad credendum et cordibus utilis ad legendum. Quod autem ibi vide-
tur civitate dissidium quod apostoli tam cito dispersi sunt post ascensionem domini
cum Eusebius in hystoria ecclesiastica dicat indicatur quod longe post sunt dis-
persi scilicet undecimo anno captivitatis qui fuit [illegible] hoc forte quod dis-
persi sunt [illegible] ad regiones longin-
quas [illegible] et quod prius dispersi sunt per regiones
Iudee et Samarie ac deinde abierunt ad gentes vel forte quod prius

ferri etc. Eusebius longe post recapitulat. Nam quod longe ante cap-
tivitatem dispersi sint liquet ex eo quod paulus post tres annos
a conversione sua veniens ierusalem neminem apostolorum vidit nisi petrum et
iacobum episcopum. Et forsitan de assumptione barnabe et pauli vel hi-
storia actum per recapitulationem. Ceterum quod beata virgo corporaliter
in celum assumpta sit ut predicta historia refert ecclesia quidem non asserit
a plerisque tamen magnis et orthodoxis viris pie creditur et asseritur et
predicatur. Nam et augustinus in sermone de assumptione eiusdem virginis
loquitur. Cum maria in vita concepto filio sui corporis honorata
primum et credendum quod et in morte speciali eius sit honorata. Putredo
autem et vermis obprobrium est humane conditionis a quo obprobrio cum ihesus
sit alienus natura marie excipitur quam ihesus de ea suscepisse probatur.
Caro enim ihesu caro marie. De revelatione super hoc facta san-
Hoc etiam confirmat visio cuiusdam ctimoniali elizabeth .lxxx.
sanctimonialis elizabeth in qua sic legitur. Quo anno quo michi pre-
angelus domine annunciabat librum viarum dei in viii die assumptionis
nostre domine in hora divini sacrificii fui in excessu mentis. Et apparuit
michi illa consolatrix mea domina celorum more suo. Tunc sicut
ab uno comprehensoribus meis premonita fueram rogavi eam dicens.
Domina mea placeat benignitati tue ut dignet nos certificare utrum
virgo solo spiritu in celum assumpta sis an etiam carne. Et dixit
Quod inquiris nondum scire potes futurum tamen est ut per te reveletur. Ego
itaque toto illo anno neque de hoc vel ab angelo qui michi familiaris
erat vel ab ipsa cum se michi presentaret amplius interrogare audebam.
Iniunxit michi frater ille aliquas orationes quibus hoc impetra-
rem ab ea. Evoluto autem anno cum adesset virginis solemnitas as-
sumptionis eius eram languens ex infirmitate diu multorum. Et cum
lectum tenerem in hora divini sacrificii veni in excessum mentis.
Et vidi in loco valde remoto sepulcrum multo lumine circumfusum
et quasi speciem mulieris in eo circumstante angelorum multitudine. Et post pusil-
lum erecta de sepulcro pariter cum illa multitudine astantium elevata
est in sublime et in celum erecta. Post modicum vero temporis
quasi iterum vidi progressa est domina mea ad ostium lucis in quo eam
vidi consistere. Et stans ostendit in gloriam suam [illegible] quorum quidam
assistebat michi angelus domini qui venerat annunciare in determinum
prefati libri sermonem. Et assumpsi ab eo quod esset visio quam videram.
Qui dixit michi. Ostensum est tibi per hanc visionem quod tam carne quam
spiritu domina nostra in celum assumpta sit. Post hoc vero ab ea solli-
cita fui quoto die a dormitione acciderit eius resurrectio corporis.
Et dixit michi virginem benivole certificavit dicens. Eo die quo nunc
celebratur eius assumptio de hac vita migravit. XL. autem post illum die
i. nono kl. octobris resurrexit. Eo vero patres quia nulla certitudo
certa eius assumptionis haberent eo die in dormitionis eius
sollempne statuerunt quem et assumptionem appellaverunt illi qui et
carne assumpta indubitanter crediderunt. Expletis autem duobus
annis visionis domina mea michi apparuit. Tunc quoque more consueto
sermones plurimos interrogavi eam quanto tempore post ascensionem

dum vixit super terram cunctis ubique in omnibus placere respondisse se
vixisse annis integris et tot diebus quot sunt a festivitate ascensio-
nis domini usque ad diem assumptionis sue. Et dicitur affuerunt septem
tunc tam apostoli domini Christi. Omnes affuere eo magis venerantes
corpus eius cum honore commendaverunt. Quarta autem die annunciacionis domini-
ce tunc iam domina una apparuit circa sinum et illi abeat (?) solitari-
tuinis etatis sue qua annunciante angelo verbum dei concepit hunc
quoque in dragatoni (?) sic fiendus designata est. Natalem vero angelicus
sed atque usque tantum temporis quanta est agnicione eius nativitatis
usque ad festum dominice annunciacionis. Auctor. De miraculis
post eius assumpcionem per eam gestis. lxxxi.
Post assumpcionem vero suam beatissima virgo multis miraculis
per diversas orbis partes diversis quoque temporibus clarificata est.
De quibus quedam fidei digna et a religiosis scripta viris adiungimus
honore et legencium edificacionem hunc operi inserere voluimus breviter
in hunc modum. De monachali magno (?). Beate marie basilica a Con-
stantino imperatore opere fabricata cum esset ad quam adducte colum-
ne pro magnitudine levari non possent ac diebus singulis
cassis laboribus fatigarentur apparuit artifici sancta virgo precipiens dicens
Noli molestus esse. Convoca tres pueros de scolis quorum
adiutorio quod vis implere possis. Quod factum est consummatumque est opus
spectaculi mirandum spectaculum ut quod multitudo virorum levare ne-
quiverant tres pueri absque virtute ipsi columpnas summa velocitate sub-
levaverint. In urbe Toletana cum ab archiepiscopo in die assump-
cionis beate virginis marie sollempnia misse agerentur
et a populo preces domino devote funderentur. inter ipsius misse secreta
quedam vox querula de celo lapsa est in hunc modum. Heu heu.
quam dira calamitas quod intra filii mei salvatoris mundi sa-
lutifere crucis signaculo signati congregacionis iudea manet et regnat
iudaice gentis insania que filium meum unicum lumen ac sa-
lutem fidelium iam secundo crucifigere et crucis supplicio mortificare
conatur. Quod cum intencione sedula presul comperisset archipresul
et plebis cum consilio decretum est ut ad domos iudeorum cuncti
civitatis pergerent et quod virginali voce compertum est probarent ac solli-
cite perquirerent. Omnibus itaque domorum abdita perscrutanti-
bus inventa est quedam ymago cerea quam quasi vinctam ad
pane (?) fidei in passionis derisionis sputis colaphis ac morte crucis
primum despiciebant hac inventa Iudei dolo et perfidiam iudeorum
dolucerunt (?) corpora mox morti tradiderunt. De illo qui filium
virginis pro seculi misterio iudeo tradidit. lxxxii.
In urbe Bizancia fuit quidam qui nominis sui famam volens
extendere largas quas habebat opes largus insumpsit cepit
expendere. Cumque largiendo defecit opibus propriis sumpto ab
amicis mutuo ere multo et illud expendit. Et cum iam non pe-
cuniam nec amicos ut ere fame (?) accepto mutuare non haberet posset
iudeum quendam adiit obnixe rogans ut ei mutuo aliquid
daret. Cui cum vadium iudeus peteret et ille penitus non haberet

quod ei traderet quia inquit aliud vadium nego velles ne
prorsus accipe dominum meum Ihesum Christum quem colo. Ille ait Ihesum dicis dominum
vestrum non credo. Quia tamen eum iustum et prophetam esse non dubito
tamen in pactum si dederis indubitanter accipio. At ille ipsum inquit quia
tibi protestor dabo. Accipio ymaginem eius quam vadem pone et fideiussorem
tribuo quod si ante constitutum diem precellero summis tuis impositam summam
et inquilonum ad tuam et pecuniam pro tuis reddam. Ille videt
fiat ut dicis. Ambo ergo pariter amborum quoque amici convenientes ad ecclesiam
beate Marie virginis astiterunt cuius ymagini ymaginem filii sui
in gremio suo tenenti. Theodorus ergo ipsius ymaginis dextram tenens
et ipsam pariter iudeo tenendam tradens vadem et fideiussorem dedit. Quid
plura? Theodorus accepta pecunia navem parat onerate multiplici home-
lat per equora fertur et usque ad barbaras nationes longe abiran-
tes effertur. Veniens mercimoniis suis dicatur. Novis naves multi-
plicat commerciis in alibi homines. Dumque per singulos dies negotia
mediatur dies pecunie reddende memoria elabitur. Cumque iam non
nisi unus dies super esset repente ei in mente venit quod dies
reddende pecunie tam prope instaret et locus cuius reddende
valde longe distaret. Tunc stupore perculsus terre collabitur
et Theodorus fere pro eo quod acciderat redditur. Conveniunt famuli concur-
rant amici. Causas doloris inquirunt. Responsum nullum accipiunt.
